IN NOMINE SANCTAE, ET *Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.*

NOuerint vniuerſi, & ſinguli hoc præſens publicum Tranſumpti Inſtrumentum inſpecturi, uiſuri, lecturi pariter, & audituri, quòd nos Dominicus miſeratione Diuina Epiſcopus Portuen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis S. Marci Grimanus nuncupatus, totius ordinis S. Franciſci protector. Vidimus, tenuimus, & diligenter inſpeximus quaſdam litteras Apoſtolicas Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & domini noſtri, Domini Leonis Diuina prouidentia Papæ decimi, cum filis ſericis rubei, croceiq; coloris plumbatas, quas ſanas, & integras, non uitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus uitio, & ſuſpicione carentes inuenimus. Quarum quidem litterarum tenor ſequitur, & eſt talis.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriã. Omnipotens Deus, cuius perfecta ſunt opera, qui cuncta ſapientiſſimè condidit in numero, pondere, & menſura, & cuius nutu omnia reguntur, Romanum Pontificem ſic Chatholicæ præfecit Eccleſiæ, vt quæ diuino honori, ſalutiq; fidelium cognouerit accommoda, non ſolùm faciat, ſed quantùm in ipſo fuerit, aſpirante cœleſti gratia, ad debitæ perfectionis perducat effectum. Sanè diebus nouiſſimis, cúm generaliſſimum capitulum totius ordinis Beati Franciſci conuocari feciſſemus, illudq; in domo de Araçeli de urbe dicti ordinis, celebrari debere ordinauiſſemus, pro unione vniuerſali fratrum prædictorum, ſub uno capite reformato, inter alia facienda pro uotiua huiuſmodi unione, de uenerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & aſſenſu, nec non ad Regum, & Principum Chriſtianorum humiles, & inſtantiſſimas preces, auctoritate Apoſtolica, ſtatuimus & ordinauimus. Quòd de cætero, perpetuis futuri

temporibus, Miniſter Generalis totius ordinis Sancti Franciſci, à ſo-lis, & de ſolis reformatis fratribus dicti ordinis viuentibus abſque priuilegijs bona temporalia concernentibus, eligi debere. Cui omnes & ſinguli fratres, ſecundùm regulam eiuſdem beati Franciſci ſubijci, & obedire tenerentur. Et deinde fratres conuentuales, cum priuilegijs eis à Sede Apoſtolica conceſſis uiuentes, ac redditus, & poſſeſſiones, aliaue bona temporalia ſecundùm huiuſmodi priuilegia retinere volentes, per alias noſtras litteras etiàm ſtatuimus, & ordinauimus: Quòd unum ex eiſdem fratribus conuentualibus vita, & moribus idoneum, ſibi eligere poſſent, qui eorum magiſter generalis appellaretur, & eorumdem fratrum conuentualium ſub dictis priuilegijs uiuentium curam gerere, & electionis de ſe factæ confirmationem à dicto Miniſtro generali totius ordinis petere debere, prout in litteris prædictis pleniùs continetur. Cùmq; in Capitulo generaliſſimo in dicta domo de Aracœli huiuſmodi, nuper per fratres reformatos celebrato, ibidem præſentibus auctoritate noſtra Protectore ipſius ordinis, & alijs duobus ex Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ad id à nobis ſpecialiter deputatis, die ad hoc per nos aſſignata, fratres ipſi uocem in electione Miniſtri Generalis huiuſmodi habentes, Dilectum filium Chriſtophorum de forliuio, qui Vicarius Generalis fratrum Minorum de familia tunc fuerat, in Miniſtrum Generalem totius ordinis Sancti Franciſci, ritè, & rectè, Fratres uerò Conuentuales cum priuilegijs, ut prefertur viuentes, in domo Sanctorum Apoſtolorum etiam de urbe dicti ordinis ad id etiam legitimè congregati, Dilectum Filium Antonium Marcellum uita, & moribus idoneum, in Magiſtrũ Generalem fratrũ Conuentualiũ huiuſmodi, etiã elegiſſent. Nos cùm audiuiſſemus electiones de Miniſtro, & Magiſtro præfatis per eoſdẽ fratres iuxta ordinationes noſtras prædictas, Spiritu Sancto id operante, ſumma cum charitate, ac pace, & vnione factas fuiſſe, dictũ Antonium in Magiſtrum fratrum Conuentualium electum coram nobis præſentem in domino benediximus, ac benedictionem noſtram huiuſmodi pro confirmatione, quam à præfato Miniſtro Generali petere tenebatur, pro hac uice duntaxat, ſufficere uoluimus, ac deſiderãtes per eoſdẽ Chriſtophorũ Miniſtrũ, & Antoniũ magiſtrũ ſic electos, & eorũ ſucceſſores, fratres ſibi cõmiſſos ſub proſpero, & fœlici regimine gubernari, ac in pacifico, & tranquillo ſtatu conſeruari poſſe, cogitauimus tali modo prouidere quòd de cætero, odor bonæ famæ eorumdem fratrum apud omnes Chriſtifideles, etiam Reges, & Principes religionis Chriſtianæ perpetuis futuris temporibus redoleat, & pax, & vnio plurimùm ab omnibus deſiderata conſeruetur, omniſq; diſſidij occaſio, quæ, humani generis procurãte inimico, exoriri poſſet, extinguatur, ac penitus tollatur, aliqua per eoſdem Miniſtrum, & Magiſtrum, alioſq; ipſius ordinis profeſſores firmiter, & inuiolabiliter ſeruanda. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia ac matura cum eiſdem Cardinalibus præſidentibus deliberatione præhabita, duximus ſtatuenda. Videlicet quòd præfati Antonij Magiſtri Generalis Fratrum Conuentualium ſucceſſores, ab eiſdem Fratribus Conuentualibus pro tempore electi, cõfirmationem ab eodẽ Miniſtro Generali, & ſucceſſoribus ſuis Miniſtris Generalibus totius ordinis, queãdmodũ Vicarij Generales tunc de familia nuncupati, petere tenebantur, petere teneãtur. Ac quòd Magiſter nunc, & pro tempore electus ad regimen fratrum Conuentualium Sancti Franciſci, iuxta dictam noſtram ordinationem, Magiſter

Genera

Generalis Fratrum Conuentualiũ in perpetuum appellari debeat. Quódq; in ſingulis Prouincijs deputati ad regimen Fratrum Conuentualium, de cætero Magiſtri Prouinciales Fratrum Conuentualium cum ſuis ſigillis vocari, & à Miniſtris Prouincialibus regularis obſeruantiæ in prouincijs iuxta morem dicti ordinis reſpectiuè, pro tempore exiſtentibus, confirmationem electionum de eis pro tempore factarum, eo modo, quo Vicarij Prouinciales olim de familia nuncupati, à tunc Miniſtris Prouinciarum Fratrum Conuentualium petere tenebantur, etiam petere teneantur. Quódq; tàm Generalis, quàm Prouinciales Miniſtri præfati, tàm ante, quàm poſt, Generalis, & aliorum Magiſtrorum confirmationem huiuſmodi, tàm de Generali, & Prouincialibus, quàm alijs fratribus Conuentualibus huiuſmodi, & eorum, ac aliorum tertij Ordinis Fratrum, & ſororum nuncupatorum, qui eatenus ſub Miniſtro Generali Conuentualium fuerant, regimine nullatenus ſe intromittere, aut eos per ſe, uel ſuos Commiſſarios uiſitare, ſeu corrigere poſſint, nec aliquam Iuriſdictionem, ſeu ſuperioritatem in ipſos exercere ualeant, præterquàm cùm ipſum Miniſtrum Generalem pro tempore exiſtentem, ad ipſorum Fratrum Conuentualium domos, & loca declinare contigerit, Quo caſu, ipſe Miniſter eoſdem Fratres Conuentuales paternè uiſitare. Ipſiq; Fratres Conuentuales eundem Miniſtrum generalem, tamquàm totius dicti ordinis ſuperiorem omni cum charitate, & dilectione recipere debeant, dummodo idem Miniſter Generalis, nunc, & pro tempore exiſtens, nihil iudicialiter circa ipſos Fratres Conuentuales, ac domos eorum, & loca, ac etiam Monaſteria Monialium, ſub eorum cura degentium, exerceat, niſi eo modo, quo Miniſter Generalis tunc fratrum conuentualium, ſuper fratres de familia, & eorum domos, & loca, & Monaſteria Monialium tempore conuocationis dicti Capituli Generaliſſimi exercebat, exercere poſſit. Et inſuper Generali; & Prouincialibus Miniſtris pro tempore exiſtentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna præcipimus, & mandamus, ne directè uel indirectè, etiam fauore dominorum temporalium, ciuitatum, & vniuerſitatum, Oppidorum, terrarum, & villarum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum etiam Prælatorum quorumcunque, ſeu eorumdem Cardinalium, ſiue alio quæſito colore, uel ingenio malitioſè, quòd domus, & loca fratrum conuentualium, ſeu Monaſteria Monialium, curæ Magiſtri Generalis Conuentualium huiuſmodi ſubiecta, & quæ hactenus ſub dicto Miniſtro Generali fratrum conuentualium fuerant, eis quoquomodo auferantur procurare præſumant. Et nihilominus quidquid in contrarium attentatum fuerit, ſit eo ipſo irritum, & inane. Domus autem, & loca, ac monaſteria Monialium, Magiſtro Generali fratrum conuentualium, ea ſubiecta eſſe intelligi uolumus, quæ Apoſtolica, uel alia auctoritate Miniſtro Generali, ante celebrationem dicti Capituli generaliſſimi proximè in dicta domo Aracœli celebrati ſubiecta erant, & in quorum poſſeſſione ipſe tunc Miniſter Generalis conuentualium exiſtebat, præſertim domus, ſiue conuentus Aſſiſij, & Sancti Saluatoris de urbe, aliæq; quàmplures domus, ac multa Monaſteria Monialium, quæ eidem Miniſtro Generali tunc immediatè ſubiecta erant, quæ omnia ex nunc Magiſtro generali Conuentualium immediatè ſubiecta perpetuò ſint, & eſſe cenſeantur: Exceptis domibus, & locis, ac Monaſterijs Monialium dictorum fratrum reformatorum, per priores litteras noſtras huiuſmodi nuper unitis, quæ Generali & Prouincialibus Miniſtris in ſuis

G 2 pro-

prouincijs reſpectiuè, in omnibus ſubiecta remanere uolumus. Statuimus etiam quòd ſi fratres conuentuales quandoque ſe reformare voluerint, reformatio ipſa iuxta priuilegia Apoſtolica eis conceſſa per ſuos Generalem, & Prouinciales Magiſtros duntaxat fieri debeat, niſi ubi frates alicuius domus, ſeu conuentus ad ueram, & regularē obſeruantiam, & omnimodam generalis & Prouincialium Miniſtrorum obedientiam uenire, & Generali ac alijs Miniſtris præfatis, ſe ſubijcere uellent. Quo caſu ſi fratres illarum domorum, in quibus à decem uſque ad uiginti tres. In alijs uerò domibus in quibus numerus à uiginti, uſque ad quemcumque numerum fratrum eorumdem conuentualium fuerit, duæ tantum partes ſubiectioni, & ſubmiſſioni huiuſmodi conſenſerint, tunc Generalis, & alij Prouinciales Miniſtri pro tempore exiſtentes, domos fratrum ſubiectioni, & ſubmiſſioni huiuſmodi, modo præmiſſo, conſentientium, quacunque contradictione nō obſtante, domos fratrum conuentualium, & illarum fratres huiuſmodi liberè, & licitè recipere poſſint. Domos verò fratrum conuentualium in quibus minor numerus, quàm denarius fuerit, etiam de omnium fratrum conuentualium earumdem domorum conſenſu, nullatenus recipere valeant, ſed illæ Generalis & aliorum Prouincialium Magiſtrorum reformationi liberè dimittantur. Singulis uerò fratribus conuentualibus, ad generalem, & prouinciales Miniſtros tranſire uolentibus, ab eorum ſuperiore priùs petita, licet non obtenta, licentia, liberam tranſeundi licentiam, & facultatem concedimus. Præterea uolumus quòd illi ex fratribus conuentualibus qui de cætero, uitam reformatam, ſub Generalis, ſeu Prouincialium Magiſtrorum cura ducere uoluerint, ſub eorum regimine permanere poſſint, dummodo aliquo ſigno notabili diſtinctiuo diſtinguantur, & diſcernantur ab illis, qui uitam regularem ſub Generali, ſeu Prouincialibus Miniſtris ducunt, prout Generalis Miniſter, & Magiſter inter ſe conuenerint. Bonis præfatarum domorum reformandarum immobilibus, & omnibus quorum fratres reformati non ſunt, nec capaces eſſe uolunt, Generali, & alijs prouincialibus Magiſtris ad eorum liberam diſpoſitionem liberè remanentibus. Et ne inter reformatos, & conuentuales fratres præfatos, ſuper præcedentia diſſenſio, & contentio oriri poſſit. Volumus, & etiam ſtatuimus, quòd inter eos talis ordo ſeruetur. Videlicet, quòd in proceſſionibus, & funeralibus, ac exequijs, nec non in omnibus alijs actibus publicis, fratres conuentuales, fratribus regularis obſeruantiæ, locum digniorem relinquere teneantur. Si tamen aliqui graduati, ſeu antiqui Patres, aut Guardiani domorum conuentualium remanere uellent cum quibusdam fratribus antiquioribus ſub Generali, et Prouincialibus Miniſtris uiuentibus; tunc, et in hoc caſu ut euitetur diſſenſio huiuſmodi, & perfecta unio conſeruetur ſimul incedere. Ipſiq; conuētuales ſemper eorum crucem, et uexillum per eos deferri ſolitum, deferre liberè, et licitè ualeant. Poſtremò omnia, & ſingula priuilegia, & indulta dicto ordini, tàm per nos, quàm alios quoſcunque Romanos Pontifices, hactenus conceſſa eiſdem patribus regularis obſeruantiæ, ac conuentualibus inquantū præmiſſis non ſint contraria, auctoritate & tenore præſentium inuicem perpetuò cōmunicamus, & ſuffragari uolumus eaque omnia etiā illis de nouo concedimus. Quocirca Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, nec non vniuerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis,

ac-

ac quibuſcunque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis perſonis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi,& eorum ſinguli præſentes noſtras litteras,& in eis contenta quæcunque,ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte Miniſtrorum, & Magiſtrorum, aut alicuius ipſorum, ſuper hoc requiſiti fuerint ſolemniter publicantes, eisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos præſentibus litteris, ac omnibus, & ſingulis in eis contētis,pacificè frui & gaudere. Nō permittentes eos deſuper inter ſe, ac etiam per quoſcunque alios quauis auctoritate, & poteſtate fungentes,quomodolibet indebitè moleſtari, aut perturbari Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, et alia iuris opportuna remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo; Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus quibuſcunque litteris apoſtolicis, & indultis, etiam ſacri Concilij Conſtantienſis dictæ religionis fratribus, familijs,congregationibus,denominationibus,aut alicui eorum ſiue illarum Auctoribus, & inſtitutoribus, ſub quibuſuis verborum formis, ſolemnitatibus, & clauſulis fortioribus, & inſolitis conceſſis, ſeu forſan in futurum concedendis quibus etiam ſi ad illorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, indiuidua, ac de uerbo ad uerbum, non autem per generales clauſulas id importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, illorum omnium tenores,præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac uice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, contrarijs quibuſcunque. Aut ſi Miniſtris, & Magiſtris, ac fratribus præfatis uel quibuſuis alijs communiter, uel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad uerbum,de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterùm quia difficilè foret præſentes litteras, ad quælibet loca ubi opus fuerit deferre, uolumus,et auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd tranſumptis præſentium, manu Notarij publici ſignatis, & alicuius Prælati Eccleſiaſtici ſigillo munitis,ea proſus fides in iudicio,& extra adhibeatur,quæ adhiberetur ſi præſentes originales litteræ eſſent exhibitæ, uel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum præcepti,ſtatuti, communicationis, conceſſionis, mandati, derogationis,uoluntatis,& decreti,infringere,uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit: Indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, pridie Idus Iunij. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Tho. de Binis.

QVibus quidem litteris diligenter inſpectis, ad requiſitionem Reuer. Patris fratris Chriſtophori de Forliuio dicti ordinis Generalis Miniſtri, litteras ipſas per

Nota-

Notarium publicum infraſcriptum exemplari, & ſubſcribi, ac in hanc publicam Tranſumpti formam redigi, mandauimus, & fecimus, ſigilliq. noſtri iuſſimus, & fecimus appenſione communiri: Decernentes, & uolentes huic præſenti Tranſumpto, talem, & tantam fidem adhibendam fore, in iudicio, & extra, coram quibuſcunq. iudicibus, & perſonis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, ac in omnibus locis qualis, & quanta dictis litteris Apoſtolicis adhiberetur, ſi in medium producerentur. Quibus omnibus, & ſingulis, Auctoritatem noſtram de mandato præfati ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, ac decretum interpoſuimus, & interponimus, per præſentes. Actum Romæ, in ædibus noſtris ſub anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, Indictione quinta, die uerò uigeſima tertia, menſis Iunij. Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Leonis, Diuina prouidentia, Papæ decimi, Anno Quinto. Præſentibus ibidem diſcretis Viris Dominis, Demetrio Calcidio, Artium, & medicinæ Doctore, Archidiacono Aquilegien. & Laurentio Sager clerico Varmien. Diœceſis, teſtibus ad præmiſſa uocatis ſpecialiter, & rogatis.

Deinde ſequitur ſignum Tabellionatus cum ſubſcriptione Notarij infraſcripti ſub his uerbis uidelicet.

Et ego Iacobus Sketa Trebanus Clericus Aquilegien. Diœceſis, publicus Imperiali auctoritate Notarius Prælibatiq; Reuerẽdiſſimi Domini Epiſcopi Cardinalis Patriarchæ Protectoris Cancellarius, ſcriba, & Tabellio: quia præinſertarum litterarum Apoſtolicarum præſentationi, collationi, auſcultationi,

tion,& decreto omnibusq; alijs,& ſingulis dum,ut præfertur,agerentur, & fierent vnà cum prænominatis teſtibus interfui,eaq; omnia,& ſingula ſic fieri uidi, et audiui, ideo hoc publicum Tranſumpti Inſtrumentum ſubſcripſi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, ſignoq; & nominibus meis ſolitis,& conſuetis, unà cum præfati Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Cardinalis Protectoris ſigilli maioris, oblongi appenſione ſignaui rogatus, & requiſitus in fidem, robur, & teſtimonium omnium,& ſingulorum præmiſſorum.

Publicum huius Tranſumpti Inſtrumentum authenticum reperitur, & aſſeruatur in Archiuio Prouinciæ in Conuentu Sancti Angeli Mediolani.

LEO PAPA X.

VNIVERSIS & ſingulis præſentes litteras inſpecturis: Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet aliàs poſtquàm ſtatueramus & ordinaueramus, quòd de cætero perpetuis temporibus Fratres beati Franciſci, ſub puritate eius Regulæ, & ſub regulari obſeruantia uiuentes, ac reformati, Miniſtrum, Fratres uerò dicti ordinis Conuentuales nuncupati Magiſtrum generales habere deberent; ne inter Reformatos,& Conuentuales fratres huiuſmodi, ſuper præcedentia, diſſenſio & contentio oriri poſſet, uoluerimus & ſtatuerimus; quòd in Proceſſionibus, & alijs actibus publicis, Fratres Conuentuales, Fratribus regularis obſeruantiæ Miniſtrum habentibus, locum digniorem relinquere tenerentur. Quòdq; fratres ipſi Conuentuales,ſemper eorum Crucem & Vexillum,per eos deferri ſolitum, deferre,liberè,& licitè ualerent. Quia tamen,ut ex nonnullorum relatione accepimus, fratres ipſi Conuentuales prætendunt Crucem ipſorum Conuentualium deferre in loco digniori. Nos antem qui præmiſſa omnia ſtatuimus, ut omnis diſſenſio, & contentio inter eoſdem fratres de obſeruantia, & Conuentuales tolleretur: mentiſq; noſtræ fuerit,prout etiam id expreſſimus quòd in omnibus actibus Fratres de Obſeruantia, haberent locum magis dignum,quàm ipſi Conuentuales, & propterea mentis noſtræ incommutabilis fuerit prout exiſtit:quòd ipſi Fratres de Obſeruantia,Crucem ſuam in loco etiam digniori deferrent: Ad huiuſmodi tamen ambiguitatis dubium de mentibus omnium tollendum: Motu proprio, & certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus, mentis noſtræ fuiſſe: quòd tàm Conuentuales,quàm de Obſeruantia, & Reformati Fratres prædicti,in quibuſcunq; Proceſſionibus,& alijs actibus,in quibus Crux deferenda foret, Crucem ſuam deferre poſſint: Ita tamen quòd Crux ipſorum fratrum de Obſeruantia,& Reformatorum loco digniori deferatur: Quódq; ipſi fratres de Obſeruantia & Reformati,ueri & indubitati Fratres ordinis beati Franciſci & eius Regulæ obſeruatores ſemper fuerint: ac diuina fauente gratia, ſint futuri, ſine aliqua interruptione, ſeu diuiſione, à tempore editæ Regulæ per beatum Franciſcum,uſq; ad præſens: Ac ſub ipſius beati Franciſci regulà militauerint,& etiam ad præſens militent,ſicq; in omnibus teneri,&

ri,& obſeruari, ac dici debere decernimus,ac mandamus. Mandantes nihilo minus omnibus,& ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis,& Epiſcopis, ac eccleſiarum Capitulis,ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ,ac ſuſpenſionis, à diuinis, inferioribus uerò Prælatis,ac parochialium eccleſiarum Rectoribus, necnon mendicantium & aliorum ordinum Profeſſoribus, ſub excommunicationis, latæ ſententiæ pœnis,ipſo facto incurrendis,à quibus niſi per Roman. pontificem,pro tempore exiſtentem, præterquam in mortis articulo abſolui nequeant: quatenus declarationem,& decretum huiuſmodi, inter Conuentuales, ac de Obſeruantia & Reformatos fratres huiuſmodi, inuiolabiliter obſeruent,obſeruariq; faciant. Necnon ne eoſdem fratres Conuentuales, & de Obſeruantia ac Reformatos huiuſmodi,ſuper his moleſtent, aut perturbent, ſeu per quoſcunq; cuiuſcunq; ſtatus,gradus,ordinis, uel conditionis exiſtentes,ſeu etiam inter ſe, quomodolibet moleſtari, perturbari, uel inquietari permittant. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis,ac ſtatutis,& conſuetudinibus dictorum ordinum, iuramento,confirmatione apoſtolica,uel quauis firmitate alia,roboratis: Necnon priuilegijs, indultis, & litteris apoſtolicis; illis forſan conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes; illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac uice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus: cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Volumus autem quòd preſentium Tranſumptis, manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigilli Miniſtri generalis pro tempore exiſtentis dicti ordinis Minorum,aut alterius Prælati in dignitate eccleſiaſtica conſtituti munitis, in iudicio,& alibi,ubi opus fuerit,eadem fides adhibeatur,quæ adhiberetur eiſdem præſentibus litteris, ſi illæ forent exhibitæ uel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctũ Petrũ, ſub annulo piſcatoris: Die ſexta Decẽbris. M.D.XVII. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Euangeliſta.

CHRISTOPHORVS de Forliuio Miſeratione diuina Tituli ſanctæ Mariæ de Aracœli ſanctæ Roman. Eccleſiæ presbyter Cardinalis, Ac totius ordinis ſancti Frãciſci Miniſter generalis. Vniuerſis & ſingulis, præſentes litteras,ſiue præſens publicũ Trãſumpti inſtrumentũ inſpecturis,uiſuris,lecturis,pariter & audituris, Salutem in domino. Vniuerſitati ueſtræ notum facimus,& atteſtamur,qualiter litteras originales in forma Breuis, quarum copia præinſeritur,uidimus, tenuimus,& diligenter inſpeximus, illaſq; Annulo piſcatoris ſigillatas, ſanas,& integras, ac omni prorſus uitio, & ſuſpicione carentes inuenimus,fuimuſq; per Religioſum fratrem paulum de parma ordinis Fratrum Minorum regularis obſeruantiæ dicti ordinis in Roman. Cu. procuratorem requiſiti, ut litteras ipſas in publicam Tranſumpti formam, redigi mandaremus: Idcirco litteras huiuſmodi per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigilliq; noſtri Miniſtri generalis officij, iuſſimus,& fecimus impreſſione muniri: Decernen. huic præſenti Tranſumpto talem,& tantam fidem adhibendam fore, qualis & quanta litteris originalibus huiuſmodi adhiberetur, ſi in medium producerentur. Datum Romæ in Conuentu noſtro de Aracœli,ſub Anno à natiuitate Domini. M.D.XVII. Indictione Quinta. Die uerò ultima menſis Decembris.

pon-

pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris,& domini noſtri, domini Leonis, diuina prouidentia papæ. X. Anno Quinto. præſentibus ibidem Venerabilibus uiris dominis Bartholomeo de Tyrannis de Callio Legum Doctore & Hieronymo Piſce Clericis Calien. & Forliuien. teſtibus ad præmiſſa uocatis atq; rogatis.

LEO PAPA X.

VNIVERSIS Archiepiſcopis, & Epiſcopis,ac dilectis filijs omnibus perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, Necnon ſingulis Poteſtatibus,Gubernatoribus,alijſq; reipublicę Adminiſtratoribus,cũctiſq; chriſtifidelibus, præſentes litteras inſpecturis, Salutem, & apoſtolicam benedictionem. Celebrato nuper, auctoritate noſtra, capitulo generaliſſimo omnium Fratrum ordinis beati Franciſci, in domo de Aracœli, de Vrbe, dicti ordinis, ad humiles, & inſtantiſſimas Regum, & Principum chriſtianitatis preces,vnum Fratrem regularis obſeruantiæ,in Miniſtrum generalem totius dicti ordinis,per Fratres regulam obſeruantes, eligi præcepimus, & mandauimus: Ad cuius electionem cùm deſideraremus Fratres Conuentuales dicti ordinis conuenire,ſuaſimus eiſdem Fratribus conuentualibus, ut dimiſſis proprietatibus,poſſeſſionibus,& alijs directè contra præcepta dictæ regulæ militantibus,ad electionem huiuſmodi Miniſtri celebrandam, ſicut & cæteri Fratres reformati,accederent. Quibus, dictam noſtram oblationem,conſtanter refellentibus: Tandem pro pace & unitate, inter dictos Fratres conuẽtuales,& Fratres regularis obſeruantiæ,in futuro perpetuis temporibus cõſeruandis; Bullam quæ de concordia appellatur: cuius initium eſt. Omnipotens Deus, ſub Datum Pridie Idus Iunij, Pontificatus noſtri Anno Quinto. De partium conſenſu, non ſine multis laboribus, licet uoluntarijs, edidimus: Ac poſtmodum quibuſdam, quæ obſcura, & dubia uidebantur, per quaſdam alias,declaratis,ac per reliquas etiam noſtras, in forma Breuis litteras, dictos Fratres Conuentuales monuimus; ut ſedatis multis ſcandalis, & detractionibus,etiam in dictos Fratres regularis obſeruantiæ per eos, ut nobis relatum fuerat; perpetratis,& iactatis,ad plenùm, & integrè. omnia, & ſingula contenta,in dicta Bulla concordiæ obſeruarent. Nihilominus ſicut à fidedignis nuper accepimus, dicti Fratres Conuentuales, in multis Mũdi partibus, gratia, per concordiam huiuſmodi, per nos, eis facta, abutentes; ſpretis decretis, & ordinationibus apoſtolicis,in dicta Bulla concordiæ contentis,pertinaci mente, parere recuſant. Nos itaq; rem tanta maturitate, & tot Regum,& Principum inſtantiſſimis precibus, ad finem optatum deductam, pro noſtro,& huius ſanctæ ſedis honore, inuiolabiliter obſeruari uolẽtes,motu proprio,& ex noſtra certa ſcientia,ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eiſdem Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & eorum cuilibet, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœna interdicti ingreſſus eccleſiæ ac ſuſpenſionis à diuinis: Inferioribus uerò Prælatis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, ipſo facto incurrendis, à quibus non niſi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem nequeant præterquàm in mortis articulo) abſolui, præcipimus, committimus, & mandamus, quatenus

ipſi

ipſi, & eorum quilibet inſolidum, quotiens à Fratribus regularis obſeruantiæ requiſiti fuerint, dictos Fratres Conuentuales ſub pœna priuationis, & amiſſionis priuilegiorum, eis per dictam Bullam concordiæ conceſſorũ, moneant per eorum litteras patentes, ut dictam Bullam concordiæ, ac omnia, & ſingula in ea contenta, cum effectu obſeruent, & in euentum, in quem eis conſtiterit, eos contrauenifſe, declarent eos pœnam priuationis huiuſmodi incurriſſe; & ex tunc, Fratres ipſos Conuentuales omnimodè ſubiectioni, correctioni, & obedientiæ generalis, ac Prouincialium Miniſtrorum in ſuis Prouincijs reſpectiuè, perpetuò iuxta formam litterarum, à nobis, in dicto Capitulo generaliſſimo editarum, ſubiectos eſſe; inhibendo tàm generali, quàm Prouincialibus Magiſtris, ne de dictis Fratribus Conuentualibus, vel eorum domibus, & locis, vllatenus niſi quantùm à Miniſtris, generali, & Prouincialibus, illis fuerit conceſſum, ſe intromittant ullo modo. Quiquidem Miniſtri generalis, & Prouinciales, ad omnimodam dictorum Conuentualium reformationem, etiam per fauores Regum, Principum, & Communitatum, inſudare teneantur, bonis immobilibus dictorum Conuentuum, per Generalem, & Prouinciales Miniſtros (ut præfertur) reformandorum, pro una quarta eccleſiæ Cathedrali ſeu Diœceſis, in qua dicti Conuentus ſiti fuerint. Pro duabus uerò in expeditionem Cruciatæ contra Infideles, pro reliqua alia quarta, partibus in reparationem dictorum Conuentuum, ipſo facto quo ad obedientiam dictorum Miniſtrorum reducti fuerint per eos applicatis. Ipſoſq; Fratres Conuentuales, in Conuentibus, & locis, pro quibus à prædictis Miniſtris, in ſuis Prouincijs reſpectiuè requiſiti fuerint, ad omniũ & ſingulorum præmiſſorum executionem ſubeundam, per cenſuras, & alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compellant. Inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachij ſæcularis. Non obſtantibus quibuſcunq; Conſtitutionibus, Ordinationibus, & litteris apoſtolicis; etiam Mare magnum nuncupatis: Necnon Conuentuum, & locorum, & ordinis huiuſmodi iuramento confirmatione apoſtolica, uel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Cæterùm quia difficile foret, præſentes litteras ad ſingulas Prouincias deſtinare: Volumus, quòd Tranſumptis earum manu Notarij publici ſubſcriptis, & alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ Sigillo munitis, ea prorſus fides in iudicio, & extra, adhibeatur, ac ſi præſentes litteræ exhibitæ forent, uel oſtenſæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, Die X I. Aprilis. Milleſimo quingenteſimo decimo Octauo. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Euangeliſta.

CHRISTOPHORVS de Forliuio, Miſeratione diuina, Tituli ſanctæ Mariæ de Aracœli, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbiter Cardinalis, Ac totius ordinis ſancti Franciſci Miniſter generalis. Vniuerſis, & ſingulis, præſentes litteras ſiue præſens publicum Tranſumpti inſtrumentum, inſpecturis, viſuris, lecturis, pariter, & audituris: Salutem in domino. Vniuerſitati ueſtræ notum facimus, & atteſtamur, qualiter litteras originales in forma Breuis, quarum copia præinſeritur, uidimus, tenuimus, & diligenter inſpeximus, illaſq; Annulo piſcatoris Sigillatas, ſanas, & integras, ac omni

pror-

prorſus uitio & ſuſpicione carentes, inuenimus, fuimuſq; per Religioſos Fratres Paulum de Parma, & Ioannem glapion, ordinis Fratrum Minorum regularis obſeruantiæ dicti ordinis, in Romana Cu. procuratores generales requiſiti, ut litteras ipſas, in publicam Tranſumpti formam redigi mandaremus: Icciro litteras huiuſmodi, per Notarium publicum infraſcriptum, ſubſcribi, & publicari, mandauimus; ſigilliq; noſtri minoris rotundi iuſſimus & fecimus impreſſione muniri: Decernen. huic præſenti Tranſumpto, talem, & tantam fidem adhibendam fore, qualis, & quanta litteris originalibus huiuſmodi adhiberetur, ſi in medium producerentur. Datum Romæ in Domo habitationis noſtræ iuxta ſanctum Petrum: ſub Anno à Natiuitate domini. M. D. X V I I I. Indictione ſexta. Die uero Menſis Aprilis. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri, domini Leonis, diuina prouidentia, papæ X. An. Sexto. Præſentibus ibidem Venerabilibus viris dominis Ioan billāti, & Guidone de Fagnole clericis Tulē. & Leodien.

CLEMENS PAPA SEPTIMVS.

AD perpetuam rei memoriam Dum fructus uberes, quos ordo ſacer dilectorum filiorum Fratrum Min: reg. obſer. in agro militantis eccleſiæ cũ propagatione Religionis, ac defenſione, & augmento fidei catholicæ, ac ſalute Chriſtifidelium produxit hactenus; & indies producit, diligenter attendimus; dignum quin potius debitum reputamus: ut eius ſtatum proſperum & tranquillum, omni diligentia procuremus; illiuſq; religionis perſonas, ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequamur. Hinc eſt, quòd nos motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia tenore præſentium, omnia & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, præſertim non ſoluendi clericis ſæcularibus quartam funeralium, quoad fratres in poſſeſſione non ſoluendi quartam huiuſmodi exiſtentes, ac omnia & ſingula indulta, indulgentias, peccatorum remiſſiones, & gratias dicto minorum & ſanctæ Claræ ac tertio de pęnitentia nuncupato ordinibus illorumq; fratribus, monialibus, ſororibus; & vtriuſq; ſexus perſonis, ac monaſterijs, domibus, eccleſijs, & locis quibuſcunq; etiam per modum extenſionis, ſeu communicationis, & aliàs quomodolibet, per quoſcunq; Romanos pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam conceſſa, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere, ipſoſq; fratres, moniales, ſorores, perſonas, monaſteria, domos, eccleſias, & alia loca huiuſmodi, omnibus & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, conceſſionibus, indultis, indulgentijs, peccatorum remiſſionibus, & gratijs quibuſuis congregationibus dictorum ordinum, aliorumq; ordinum mendicantium quomodolibet conceſſis & concedendis; necnon etiam quibuſuis facultatibus, & gratijs, ſuæ profeſſioni regularis obſeruantiæ non contrarijs, alijs ordinibus quibuſcunq; non mendicantibus, quomodolibet conceſſis, & concedendis, uti, frui, & gaudere poſſe, atq; debere, in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi eis ſpecialiter conceſſa fuiſſent. Et conſtitutiones in ultimo capitulo generali dicti ordinis minorum regularis obſeruantiæ in prouincia Burgenſi regni Caſtellæ factas, plenam roboris firmitatē obtinere; & ab omnibus quamdiu per aliud capitulum generale dicti ordinis mutatæ non fuerint, inuiolabiliter obſeruari de-

bere. Necnon regulam ipſam per ſanctum Franciſcum pro fratribus ordinis minorum inſtitutam, obſeruabilem, meritoriam, fundatam ſuper ſacrum euangelium exiſtere: & quoſcunq; cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis, aut conditionis, ſcribentes, aut aſſerentes regulam ipſam non meritoriam, uel inobſeruabilẽ ſeu ſacro euangelio repugnantem eſſe, in hoc eorum aſſertionem huiuſmodi non eſſe tenendam: nec admittendam, auctoritate, & tenore, præmiſſis decernimus, ac uolumus, & mandamus. Ipſoſq; fratres ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis eximimus, & ſub noſtra, & apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcipimus. Ipſiſq; inquiſitoribus ſub excommunicationis ſententia, & officiorum ſuorum priuatione inhibemus, ne de dictis fratribus, etiam ratione criminis hæreſis, quoquomodo ſe intromittere præſumant. Sicq; per quoſcũq; tàm ordinaria, quàm delegata, & mixta auctoritate fungentes, iudices, & perſonas, ubiq; iudicari, cognoſci, atq; decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, cognoſcendi, & decidendi facultate: necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hijs à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter uel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus. Et nihilominus venerabili fratri Archiepiſcopo Florentino & dilecto filio Vicario noſtro in urbe nunc: & pro tempore exiſtentibus committimus & mandamus. Quatenus ipſi, uel alter eorum, per ſe, uel alium, ſeu alios, auctoritate noſtra, faciant præſentes litteras, & in eis contenta, plenum effectum ſortiri, illiſq; monaſteria, domos, fratres, moniales, & ſorores, ac perſonas minorum, & ſanctæ Claræ, ac tertij ordinum prædictorum; & alios quoſcunq; quos quomodolibet concernunt, pacificè frui, & gaudere. Nec permittant quemquam, contra tenorẽ præſentium, modo aliquo impediri, moleſtari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per priuationem quorumcunq; beneficiorũ ſuorum eccleſiaſticorum, & inhabilitatis ad illa, ac alia inpoſterum obtinẽda, ac quoſcunq; de quibus eis uidebitur, cenſuras, & pęnas, ac alia iuris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus fe. re. Bonifacij papæ. viij. prædeceſſoris noſtri etiam de una, & in concilio generali de duabus dietis edita, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, & quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegijs, indultis, & litteris apoſtolicis, per quoſcunq; Romanos põtifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicę poteſtatis plenitudine, & cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs; alijſq; efficatioribus efficaciſſimis, & inſolitis, clauſulis, quomodolibet, etiam pluries conceſſis, reformatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq;, totis tenoribus, ſpecialis, & indiuidua, ac de uerbo ad uerbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut exquiſita forma ſeruanda foret; & eis caueatur expreſsè, quòd illis nullatenus derogari poſſit, illorum omnium necnon quarumcumq;, etiam in forma breuis litterarum, occaſione præmiſſorum quomodolibet confectarum, & quorumcumq; in eis contentorum tenores, præſentibus pro ſufficiẽter expreſſis, ac de uerbo ad uerbum inſertis, nec-

non.

non modos,& formas,ad id ſeruandos,pro indiuiduo ſeruatis habentes, hac uice duntaxat,illis aliàs in ſuo robore permanſuris: harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus: necnon omnibus illis,quæ in dictis conceſſum eſt nō obſtare,contrarijs quibuſcunq;. Aut ſi aliquibus communiter, uel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici,ſuſpendi,uel excommunicari nō poſſint,per litteras apoſtolicas,non facientes plenam & expreſſam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis,manu alicuius publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Iudicio,& extra adhibeatur, quæ præſentibus originalibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ uel oſtenſæ. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die xxx. Maij. M.D.xxv.Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Euangeliſta.

VNIVERSIS Et ſingulis præſens tranſumptum inſpecturis,& legi audituris Franciſcus de Ladinis, Dei & apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Laudicen. Reuerendiſſimi D.D. Hippoliti ſanctæ Mediolan. Eccleſiæ electi ſuffraganeus ſalutem. Vniuerſitati ueſtræ notū facimus, & atteſtamur, quòd originales litteras apoſtolicas ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri domini Clementis diuina prouidentia papæ ſeptimi, in forma breuis ſub annulo piſcatoris præmiſſi tenoris, nobis per uenerabilem religioſum fratrem Bernardinum Boſſium,ordinis Minorum regularis obſeruantiæ exhibitas,ſanas,integras,autenticas,& in nulla earum parte ſuſpectas; ſed omni prorſus uitio,& ſuſpicione carentes,uidimus,& diligenter inſpeximus; ac per infraſcriptum notarium coram nobis colationari,& auſcultari fecimus, & audiuimus,cum exemplo præmiſſi tenoris. Quod quum per omnia reperiretur concordari:ad eius ubiq; fidem faciendam, per modum autentici tranſumpti,iuxta requiſitionem præfati patris fratris Bernardini Boſſij nobis factam: auctoritatem noſtram, pariter & decretum interpoſuimus: ac ſigilli noſtri fecimus munimine roborari, in ſidem omnium præmiſſorum. Actum Mediolani in eccleſia ſanctæ Marthæ ſit. in Por. Vercelina, parochia ſanctæ Mariæ ad circulum,die martis,decimo menſis Octobris, Milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto. Indictione quartadecima. Pontificatus præfati ſanctiſſimi domini noſtri papæ anno ſecundo, præſentibus ibidem venerabili domino presbytero Petro Antonio de Burris rectore eccleſiæ ſancti Pauli in compedo Mediolani,domino Ioan. Andrea de Bonſignoribus filio quon. domini Maphei portæ vercelinæ parochiæ ſanctæ Mariæ pedonis Mediolani, & domino Baptiſta de magiſtris filio quon. domini Petri Por. Ticinen. parochiæ ſancti Michaelis ad cluſam Mediolani, teſtibus, omnibus, notis,Idoneis uocatis,& rogatis.

IVLIVS PAPA III.

AD perpetuam rei memoriam. Dum regularis uitæ ſtudium & exemplares mores atque uberes fructus, quos dilecti filij ordinis Fratrum Minorum regularis obſeruantiæ profeſſores,tanquàm uitis abundans &

miſuta germina,qui quaſi quadrangularis columna vniuerſalis Eccleſiæ ſuſtinere firmamentum, In uinea Domini in dies producere,dignoſcuntur,paterna meditatione penſamus, Inducimur ut illa eis fauorabiliter concedamus, per quæ à diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, prouide conſulere,ac eis conceſſis, ſublatis contrauentionum ſcrupulis,& obſtaculis,uniuerſis tranquillè,& pacificè perfruātur. Sanè pro parte dilecti filij, Miniſtri generalis dicti Ordinis nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licet prædicto, & ſanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato, ordinibus,illorumq; Fratribus, Monialibus,& Sororibus,ac utriuſque ſexus perſonis,& Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs,& locis, tàm per Fe. Re. Leonem decimum, & Clemen. ſeptimum, ac Paulum tertium, & alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & Sedem apoſtolicam quàmplurima, & diuerſa priuilegia, Immunitates,& exemptiones, etiam ab ordinariorum locorum,& Legatorum etiam de latere,ac hæreticæ prauitatis inquiſitorum iuriſdictione, uiſitatione, & correctione, quàm etiam ab omni impoſitione, collecta,decima,ſubſidio,quarta,& quinta funeralium, & legatorū partibus, Dacijs,Pedagijs,& Gabellis,ac alio quocunque grauamine,per ſedem eandē pro tempore impoſitis, necnon libertates, prærogatiuæ, fauores,conſeruatoriæ, declarationes,facultates,gratiæ,conceſſiones etiam contra apoſtatas, Indulgentiæ,indulta ſpiritualia,& temporalia, etiam per modum communicationis,& extenſionis conceſſa,& approbata fuerunt, prout in diuerſis inde confectis litteris pleniùs dicitur contineri. Cùm tamen ea quæ ſæpeſæpius Apoſtolica auctoritate munita exiſtunt,maiorem obtineant roboris firmitatem. Et propterea ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, dictus Miniſter cupiat, priuilegia, Immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas,fauores,conſeruatorias,declarationes,facultates,gratias,conceſſiones, Indulgentias,& indulta huiuſmodi,etiam per nos approbari, & innouari. Quare pro parte eiuſdem Miniſtri nobis humiliter ſupplicatum fuit, ut eiſdem priuilegijs,immunitatibus,exemptionibus,libertatibus,prerogatiuis,fauoribus,conſeruatorijs,declarationibus,facultatibus,gratijs,conceſſionibus,Indulgētijs, & indultis,pro illorum obſeruantia uiridiore, noſtræ approbationis robur adijcere,aliàſq; in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui omnium uotis præſertim illis per quæ, ſub ſuaui religionis Iugo diuinis laudibus,& Chriſtianæ profeſſionis augmento Incumbentium perſonarum tranquillitati,commoditatibus,& honori,cōſulitur,libenter fauoribus proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,omnia & ſingula priuilegia, Immunitates, exemptiones etiā ab Inquiſitoribus præfatis,libertates,prærogatiuas,fauores, conſeruatorias, declarationes,facultates,gratias,conceſſiones,Indulgentias,& Indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis, ordinibus prædictis, illorumq; Superioribus, Fratribus,Monialibus, Sororibus,ac utriuſque ſexus perſonis, necnon Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs & locis quibuſcunque,in genere,& in ſpecie, tàm per præfatos, ac quoſcunque alios Romanos pontifices prædeceſſores noſtros,& Sedem eandem, quā Imperatores, Reges, & alios Principes ſub quacunq; forma, & expreſſione uerborum conceſſa,ac etiam Iteratis uicibus approbata, nec non cum omnibus,& ſingulis in eis contentis clauſulis,& decretis, ſingulas deſuper confectas

ctas litteras,& inde ſecuta quæcunque,illorum omnium tenores & formas, datas eſſectus,& decreta in illis appoſita,ac ſi de verbo ad uerbum infererentur,præſentibus,pro ſufficienter expreſſis habentes,quatenus ſint in uſu uiridi,Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus & innouamus, ac perpetuam roboris firmitatem obtinere,& firmiter obſeruari. Necnon ordinibus, Superioribus, Fratribus,Monialibus,Sororibus, perſonis, Monaſterijs, domibus, Eccleſijs,& locis præfatis ſuffragari debere decernimus,ſupplentes omnes & ſingulos Iuris,& facti defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdé. Et Nihilominus potiori pro cautela illa omnia et ſingula quę per præfatos prædeceſſores Imperatores, Reges,& Principes,ac Sedem,conceſſa,ſtatuta, & ordinata fuerunt,de nouo,In omnibus & per omnia Ita quòd Ordines, Superiores, Fratres, Moniales,Sorores,perſonæ,Monaſteria,Domus, Eccleſiæ,& loca prædicta illis,tàm in genere,quàm in ſpecie,conceſſis,uti potiri & gaudere poſſint,& debeant,ac ab ipſis In uiſitoribus, Impoſitionibus, grauaminibus, oneribus, decimis, Dacijs, pedagijs, & Gabellis,ac omnibus & ſingulis alijs ſupradictis libera penitus immunia, & exempta exiſtant Auctoritate & tenore prędictis concedimus, & indulgemus,ac ſtatuimus,& ordinamus. Et Nihilominus Venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopo Rothomagen. et Albiganen. ac Gienen: Epiſcopis per præſentes Committimus, & Mandamus, quatenus ipſi uel duo aut unus eorum per ſe uel alium ſeu alios faciãt auctoritate noſtra præſentes litteras,et in eis contenta quæcunque plenum effectũ ſortiri,illiſq; omnes quos concernunt pacificè frui, & gaudere. Non permittentes quemquàm deſuper per quoſcunque quomodolibet moleſtari,impediri,aut inquietari. Contradictorçs quoslibet,et rebelles,etiam per quaſcunque de quibus eis uidebitur,cenſuras & pęnas eccleſiaſticas,ac alia opportuna iuris remedia. appellatione poſtpoſita,compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus,etiam iteratis uicibus aggrauando, inuocato etiam adhoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis.Non obſtantibus piæ, Me.. Bonifacij octaui etiam prædeceſſoris noſtri de vna,& in Concilio generali de duabus dietis editis,dummodo ultra tres dietas aliquis uigore præſentium ad Iudicium non trahatur,& alijs apoſtolicis ac prouincialibus capitularibus generalibus,& ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon ſtatutis,& conſuetudinibus,etiam iuramento confirmatione apoſtolica,uel quauis firmitate alia roboratis,priuilegijs quoque indultis & litteris apoſtolicis etiam in forma breuis per præfatos, & quoſcunque Romanos Pontifices ſimiliter prædeceſſores noſtros, & Sedem eandem etiam Motu proprio,ac ſcientia & poteſtaris plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis irritatiuis annullatiuis,caſſatiuis,reuocatiuis,præſeruatiuis exceptiuis,reſtitutiuis,declaratiuis,mentis atteſtatiuis,ac derogatoriarum derogatorijs,alijſque efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſſis,confirmatis & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica,expreſſa,& indiuidua ac de uerbo ad uerbum, non autem per clauſulas generales,idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, & in eis caueatur expreſsè quòd illis nullatenus aut non niſi ſub certis in eis expreſſis modo &

forma

forma derogari poſsit. Tenores huiuſmodi,ac ſi de uerbo ad uerbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent præſentibus,pro ſufficienter expreſſis,& inſertis habentes;illis aliàs in ſuo robore permanſuris,hac uice dumtaxat,harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, Cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter uel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum quòd interdici,ſuſpendi, uel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas,non facientes plenam & expreſſam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi mentionem. Verùm quia difficile foret,præſentes litteras ad ſingula quæque loca in quibus fortè opus eſſet, deferri,uolumus,& pariter apoſtolica auctoritate Decernimus,quòd illarum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſeu curiæ eccleſiaſticæ munitis,eadem prorſus fides adhibeatur,quæ ipſis originalibus adhiberetur ſi forêt exhibitæ, uel oſtenſæ. Dat. Romæ apud ſanctū Petrum ſub annulo piſcatoris. Die xxviij. Iulij. M. D. L. Pont. Noſtri, Anno primo.

P. Caturcen.

VNIVERSIS & ſingulis,præſens tranſumptum inſpecturis. Nos Petrus Paciecus presbiter Cardinalis tituli ſanctæ Balbinæ, Vniuerſitati ueſtræ,notum facimus & atteſtamur: quatenus litteras originales.S. in Chriſto Patris, & D.N D. Iulij Papæ. III. in formâ breuis, ſub annulo Piſcatoris, præimpreſſi tenoris, pro parte Reueren. Patris, fratris Antonij de S. Michaele, Ordinis fratrum Minorum regu. obſer eiuſdem ord. in Ro. Curia Procuratoris, nobis exhibitas, ſanas, integras, autenticas, non uitiatas, omniq; prorſus uitio, & ſuſpicione carentes, uidimus, & diligenter inſpeximus, ac coram nobis, per Notarium infraſcriptum, collationari, & auſcultari audiuimus, cum præimpreſſo exemplo. Quod cùm per omnia, ipſis originalibus concordari reperiretur, ad eius ubique fidem faciem. per modum autentici tranſumpti: Auctoritatem noſtram,pariter & decretum interpoſuimus, ac ſigillo noſtro muniri mandauimus. Actum & datum Romæ, in domo noſtræ ſolitæ habitationis. Anno Domini M.D.L. Die xviiij. Septembris. Pontificatus eiuſdem. S. D. N. Anno primo.

PAVLVS PAPA IIII.

AD perpetuam rei memoriam. Ex Clementi ſedis Apoſtolicæ prouiſione, necnon perſonarum deo deuotarum profectu ſub regulari caſtimonia domino militantium, pia deuotione prouenire dignoſcitur, ut Romanus pontifex, quandoq; per prædeceſſores ſuos Romanos pontifices, pro religionis conſeruatione & augmento, ac perſonarum earundem quiete & commodo,conceſſa approbet & innouet, ac approbata & innouata Apoſtolica auctoritate communiat. Vt ea firmiora perſiſtant, quò ſæpiùs fuerint eiuſdem Sedis auctoritate circunfulta. Sanè pro parte dilecti filij Clementis de Monelia Miniſtri Generalis ordinis fratrum minorum regularis

obſer-

obſeruantiæ nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd cùm inter operarios qui ad excolendam uineam domini Sabbahot (Dei gratia) ordo ipſe magnos probitatis & doctrinæ, ac animarum ſalutis fructus ſemper olim attulerit, & quotidie afferre conetur, ac exinde pro ſuis ſanctis ſtudijs, honeſtisq; laboribus proq; ſalute animarum, ab Apoſtolica Sede, cuius continuè pacem & dignitatem ordo idem fortiter tutatus eſt, tàm ſpiritualia quàm temporalia ſubſidia ornamentaq; acceperit & accipiat, quibus & ſancta ſua officia: ac uitam ſuam regularem, faciliùs atq; expeditiùs exequi & tranſigere poſſint, & cæteræ religioſæ perſonæ, ordineſq alij, exemplo ipſorum, promptiores, alacrioresq; ad ſua officia perſoluenda reddãtur. Cùmq; etiam ex ipſius Sedis prouiſione: ac benigna dignatione prouenire dignoſcatur, ut Romanus Pontifex quandoq; prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum geſta innouet: ac innouationem & reuocationem reſtauret, & Apoſtolica auctoritate innouata & reſtaurata muniat & fulciat, ac in priſtinum ſtatum reponat: & reducat. Et propterea nonnulli Ro. Pont. prædeceſſores noſtri nonnullas gratias, conceſſiones, Indulgentias, peccatorum remiſſiones, abſolutiones etiam Plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, ac omnia & ſingula priuilegia & indulta, tàm ſpiritualia quàm temporalia, etiam per ſolam ſignaturam, aut per oracula uiuæ uocis, uel aliàs etiam contra apoſtatas, tàm pro foro conſcientiæ quàm foro fori, tàm prædictis fratrum minorum, quàm ſanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus illorũq; ſuperioribus fratribus, monialibus, & ſororibus, ac utriuſq; ſexus perſonis & Monaſterijs, domibus, eccleſijs, & locis quibuſcunq; dictorum ordinum, nunc & pro tempore exiſtentibus, in genere, uel in ſpecie, etiam per modum communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum inter ſe, ac etiam cum alijs quibuſcunq; ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus. Et fœlicis recordationis Gregorius IX. Bonifacius VIII. Alexander IIII. Nicolaus III. Clemens V. Eugenius etiam IIII. Leo X. Clemens VII. Paulus ſimiliter, III. ac Iulius etiam III. ac alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, & ſedes Apoſtolica, tàm ſuper exemptionibus etiam ab ordinariorũ locorum, & legatorum, etiam de latere, ac hæreticæ prauitatis inquiſitorum iuriſdictione, uiſitatione, & correctione, quàm etiam ab omni impoſitione, collecta, decima, ſubſidio, quarta & quinta funeralium, & legatorum partibus, pedagijs & gabellis, ac alio quocunq; grauamine, per ſedem eandem pro tempore impoſitis, conceſſerint. Ac piæ memoriæ Martinus IIII. etiam prædeceſſor noſter, qui conſiderans quòd fratres ordinis minorum regularis obſeruantiæ huiuſmodi, pro nulla re temporali, Iuxta eorundem profeſſionem & regularia inſtituta poſſunt in iudicio experiri. Vt excluſis quibuſcunq; ſollicitudinibus, liberiùs & quietiùs diuinis poſſent uacare obſequijs, & offerentium, donantium, & concedentium, aut in ultima uoluntate relinquentium, ordini Fratrum minorum, uel illius fratribus prædictis aliquid propter Deum pia mens nõ fraudaretur. Ac hæredum & executorum negligentijs obuiari poſſet. Ac ut ipſi fratres ſecundùm modos licitos & congruos, ipſi ordini relictis ſibi in teſtamentis non fraudarentur, inter alia diſpoſuit, quòd Generalis & Prouinciales Miniſtri, ac Cuſtodes uniuerſi pro tempore ipſius ordinis fratrum minorum, poſſent nominare ſpeciales perſonas, quæ non eſſent

de dicto ordine, pro locorum Indigentia ſingulorum, quas perſonas taliter per ipſos nominatas pro tempore, in hijs adminiſtrationem legitimam, & generalem & liberam gerere. Et ipſos ueros & legitimos adminiſtratores Yconomos, ſindicos: & actores eſſe, & de plenitudine poteſtatis conſtituendo, auctoritate Apoſtolica decreuit. Qui res ipſas: & rerum prædictarum precium: & prædictas eleemoſynas nomine Romanæ Eccleſiæ (ad quam rerum mobilium & immobilium, quibus fratres uti poſſunt, Ius, proprietas,& dominium nullo medio ſpectat) reciperent per eoſdem in fratrum ipſorum utilitates, prout eis licet ex regula, uel declaratione regulæ, conuertenda: ſicut & quando à Generali, & Prouincialibus Miniſtris & Cuſtodibus prædictis,& eorum ſingulis pro tempore, in Prouincia uel cuſtodia ſibi decreta, uel ab eiſdem fratribus de aſſenſu eorum, extitiſſent requiſiti, ac eædem perſonę petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, tranſigendi quoq; & paciſcendi, conueniendi, compromittendi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas, eorum de calumnia uitanda & ueritate dicenda, iurandi, & cuiuslibet alterius generis iuramentnm præſtandi, cum illis & contra illos qui huiuſmodi res mobiles & immobiles, aut pretium earum, uel relictas eleemoſynas fratribus in teſtamentis occuparent, uel uiolenter auferrent ſiue contra uoluntatem fratrum quomodolibet obtinerent. Et generaliter in omnibus cauſis, rebus & locis huiuſmodi ad ipſam eccleſiam ſpectantibus, ipſorum fratrum uſui conceſſis. Necnon pro immunitatibus, libertatibus & iuribus, ac priuilegijs & Indulgentijs eorundem ſine cuiuslibet ſatiſdationis & cautionis onere, plenam, generalem, & liberam haberent, Apoſtolica auctoritate præfata, in iudicio, & extra iudicium, poteſtatem. Reuocandi quoq; perſonas eaſdem & earum quamlibet, ac aliàs eis ſubrogandi uel nominandi per ſupradictum modum nominationis, quotiens opportunum foret, quæ eandem in prædictis uel ſimilem haberent poteſtatem, plenam & liberam per ſuas, ſub Dat. apud Vrbem ueterem quintodecimo Kal. Februarij Pontificatus ſui, anno ſecundo, auctoritate Apoſtolica præfata etiam conceſſit facultatem. Et licet recolendæ memo. Ioannes P P. xxij. ſimiliter prædeceſſor noſter, conſtitutione, quæ incipit. Ad conditorem, per quam miniſtris & cuſtodibus, & fratribus prædictis ne litteris, & conceſſione Martini prædeceſſoris huiuſmodi ſine Apoſtolicæ ſedis præfatæ licentia uterentur, inter cætera prohibuit. Nihilominus prohibitione huiuſmodi non obſtante, ſanctæ Me. Martinus V. ſimiliter prædeceſſor noſter uoluit, & eadem auctoritate Apoſtolica conceſſit Miniſtris & cuſtodibus & fratribus prædictis, quód ipſi & eorum ſinguli litteris Martini IIII. prædeceſſoris; ac omnibus in eis contentis huiuſmodi; liberè & licitè uti ualerent; tamdiu & quouſq; per ſedem prædictam aliud in præmiſſis eidem ordini utiliús foret ordinatum. Ac etiam fœlicis me. Eugenius etiam PP. IIII. pariter prædeceſſor noſter. Ius huiuſmodi eidé ordini per aliàs ſuas litteras tenore litterarum Martini IIII. prædeceſſoris huiuſmodi in eis præinſerto, nt dicitur, conceſſit conſeruari. Nec non etiam piæ me. Nicolaus V. & Sixtus IIII. etiam prædeceſſores noſtri ſuper confeſſionibus audiendis omnium perſonarum extranearum & forenſium quarumcunq; dioeceſium per fratres minores ordinis & obſeruantiæ regularis huiuſmodi, ad hoc à ſuis ſuperioribus, ut moris eſt, deputatos. Necnon pro abſolutionis bene-

ficio

ficio illis impendendo, ac ſacratiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento, eis taliter confeſſis, omni tempore, præterquàm in die reſurrectionis Dominicæ, licitè adminiſtrando, per diuerſas eorum litteras, eadem auctoritate Apoſtolica, facultatem conceſſerunt. Ac idem Eugenius & diuerſi alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri facultatem abſoluendi huiuſmodi ſub certis modis & forma, ac etiam in diuerſis conuentibus ordinis huiuſmodi tunc expreſſis (etiam uiuę vocis oraculo ut præfertur) ampliarunt; & extenderunt, prout in ſingulis conceſſionibus & litteris eorundem prædeceſſorum pleniùs dicitur contineri. Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, ea quæ ſepiùs Apoſtolica auctoritate præfata, munita exiſtunt, maiorem obtineant roboris firmitatem. Dictus Clemens Miniſter cupiat priuilegia, facultates, conceſſiones, indulta, diſpenſationes & ſingulas aliàs gratias huiuſmodi, etiam per nos approbari, innouari, & confirmari. Pro parte eiuſdem Clementis Miniſtri, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eiſdem priuilegijs, Immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, conſeruatorijs, declarationibus, facultatibus, diſpenſationibus, gratijs, conceſſionibus, Indulgentijs & indultis pro illorum obſeruantia uiridiore, noſtræ approbationis robur adijcere; aliàſq; in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui omnium uotis, præſertim illis, quibus ſub ſuaui religionis iugo diuinis laudibus & Chriſtianæ profeſſionis augmento incumbentium perſonarum, tranquillitati; commoditatib. & honori conſulitur; libenter annuimus, eaq; fauoribus proſequimur opportunis. Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſa; ac omnia & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones etiam ab inquiſitoribus præfatis, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, Indulgentias & indulta ſpiritualia & temporalia, etiam per modum communicationis & extenſionis inter ſe & cum alijs ordinibus mendicantibus & non mendicantibus, eiſdem fratrum minorum regularis obſeruantiæ, ac ſanctæ Claræ, & de pœnitentia tertio ordinibus, etiā in congregatione ſub trium uotorum ſubſtantialium profeſſione, & eorundem ſuperiorum ordinis minorum regularis obſeruan. huiuſmodi obedientia degentibus, ipſorumq; ſuperiorum fratribus, monialibus, ſororibus, ac utriuſq; ſexus, etiam ſingularibus perſonis necnon Monaſterijs, domibus, eccleſijs, & locis quibuſcunq; in genere & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, etiam uiuæ vocis oraculo, ut præfertur, aut aliàs tàm per præfatos, ac quoſcunq; alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ac nos & ſedem prædictā quàm Imperatores, Reges, & alios principes ſub quacunq; forma & expreſſione uerborum conceſſa, ac etiam iteratis uicibus approbata. Necnon cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis decretis & declarationibus, ſingulas deſuper confectas litteras, & in eis cōtenta (etiam prout largiùs in aliquibus earum eis conceſſum eſt) interpretando & inde ſecuta quæcunq; illorum omnium tenores & formas datas, effectus & decreta in illis appoſita, ac ſi de uerbo ad uerbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ex certa ſcientia; ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus; & innouamus, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari, necnon ordinibus fratrum minorum reg. obſer. & ſanctæ Claræ, ac tertio de

pœnitentia nuncupato; etiam in congregatione ſub obedientia fratrum minorum obſer. huiuſmodi degentibus ſuperioribus, fratribus, monialibus, etiã tertiarijs nuncupatis ſororibus, perſonis, Monaſterijs, domibus, eccleſijs, & locis, præfatis. etiam per modum communicationis & extenſionis huiuſmodi ſuffragari. Illiſq. frui, uti, & gaudere, quando & quoties opus fuerit poſſe & debere in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientiæ in omnibus & per omnia perinde, ac ſi ſpecialiter & expreſsè eiſdem fratrum minorum, ac ſanctæ Claræ & tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus, conceſſa fuiſſent, decernimus. Suplentes omnes & ſingulos iuris & facti defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Et nihilominus pro potiori cautela & ampliori dono gratiæ, illa omnia & ſingula quæ per præfatos prædeceſſores noſtros, ac Imperatores, reges, & Principes, ac nos & ſedem eandem, conceſſa, ſtatuta & ordinata fuerunt, etiam iuxta ampliorem & fauorabiliorem illorum intelligentiam & interpretationẽ. Et præſertim ut excluſis quibuſcunq; ſollicitudinibus liberiùs & quietiùs diuinis poſſint uacare obſequijs fratres min. reg. obſer. huiuſmodi & animarum ſaluti peramplius proficere, & offerentium, donantium, & concedentium, aut in ultima uoluntate relinquentium ordini prædicto, uel fratribus ordinis minorum huiuſmodi aliquid propter deum, pia intentio non fraudetur, ac hæredum & executorum negligentijs obuietur, ac ut ipſi fratres ſecundùm modos licitos & congruos ipſi ordini relictis ſibi in teſtamentis mobilibus & immobilibus bonis & alijs etiam pecuniarijs ſibi quomodolibet oblatis, conceſſis, legatis, & donatis pro tempore, etiam pro miſſis, & alijs diuinis officijs eleemoſynis, & alijs rebus, non fraudentur, quòd Generalis de per ſe in toto ordine, & ſinguli Prouinciales miniſtri, ac Cuſtodes uniuerſi pro tempore exiſtentes ipſius ordinis fratrum minorum in ſuis Prouincijs, & cuſtodijs reſpectiuè, & ad hoc ab eis reſpectiuè deputati fratres pro tempore, poſſint nominare ſpeciales perſonas, quæ non ſint de dicto ordine minorum pro locorum Indigentia ſingulorum, quando & quotiens opus fuerit in ſingulis eorum Conuentibus, quas perſonas taliter nominatas pro tempore, in ijs adminiſtrationem legitimam & generalem, ac liberam gerere, & ipſos ueros & legitimos adminiſtratores, Economos, Sindicos, & actores eſſe de poteſtatis plenitudine conſtituendo eadem auctoritate etiam decernimus, qui res ipſas & rerum ipſarum pretium. Et prædictas eleemoſynas nomine Romanæ Eccleſiæ (ad quam rerum omnium mobilium & immobiliũ, quibus fratres uti poſſunt ius, proprietas & dominium nullo medio ſpectat) recipiãt, & recipere poſſint, & debeãt per eoſdẽ, in fratrũ ipſorũ utilitates, etiam pro uictu & ueſtitu eorum, ac reparatione conuentuum, & aliarum rerum, locorum, conuentuum & fratrum huiuſmodi neceſſitatibus pro tempore conuertenda, ſicut & quando à dictis Generali in toto ordine, & Prouincialibus miniſtris, ac cuſtodibus prædictis, & eorum ſingulis pro tempore in Prouincia uel cuſtodia ſibi decreta, uel ab eiſdem fratribus de aſſenſu eorum extiterint requiſiti. Ac eædem perſonæ petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, trãſigendi quoq; paciſcendi, conueniendi, compromittendi, commutandi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia & ueritate dicenda, iurandi, & cuiuslibet alterius Iuramentum præſtandi, cum illis & contra illos qui huiuſmodi res mobiles & immobiles: aut precium earum uel relictas eleemoſy

nas

nas fratribus in teſtamentis, aut aliâs eis donatas & conceſſas occuparent, uel uiolenter auferrent, ſiue contra uoluntatem fratrum quomodolibet retinerēt. Et generaliter in omnibus cauſis pro rebus & locis huiuſmodi ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus, ipſorum fratrum uſui conceſſis, necnon pro immunitatibus & libertatibus iuribus & priuilegijs, ac Indulgentijs eorūdem ſine cuiuslibet ſatiſdationis & cautionis onere, plenam, generalem, & liberam habeant auctoritatem, præfata auctoritate Apoſtolica in iudicio, & extra illud, poteſtatem concedimus. Reuocandi quoq; perſonas eaſdem & earum quamlibet, ac alias ſubrogandi uel nominandi per ſupradictum modum nominationis quoties opportunum fuerit, quæ eandem in prædictis uel ſimilem habeant poteſtatem, plenam & liberam, etiam Generali, ac Prouincialibus miniſtris, ac cuſtodibus huiuſmodi, & eorum ſingulis, ut præfertur, eadem auctoritate, facultatem etiā concedimus. Nec propter præmiſſa fratres minores huiuſmodi contra regulam ſancti Franciſci, quam profeſſi ſunt, & profitentur in futurum, ſiue contra ſtatuta regularia ſui ordinis huiuſmodi in aliquo facere, nec feciſſe, immo cum illius obſeruatione quo ad hoc & pura & ſana conſcientia ſine alicuius conſciētiæ ſcrupulo uixiſſe eatenus, & in poſterum uiuere, & ſic per quoſcunque iudices ſublata eis &, eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere. Irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper his à quoquàm quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter contigerit attentari, decernimus & declaramus. Et inſuper, ut pro tempore deputatos confeſſores fratres ordinis minorum obſeruantiæ, huiuſmodi omnium quarumcunq; diœceſum utriuſq; ſexus Chriſtifideliū ad eos pro tempore recurrentium confeſſiones audire: eoſq; etiam in caſibus & cenſuris, quibus eis per priuilegia ſedis Apoſtolicæ, etiam per modum communicationis, & extenſionis quorumcunq; ordinum etiam minimorum hactenus conceſſum eſt, poſſe abſoluere, & ſinguli ordines etiam minimorum (quorum priuilegia eidem ordini minorum ſunt communicata & extenſa) abſoluere conſueuerunt, abſoluendi, ac pœnitentiam ſalutarem iniungendi, & omni tempore præterquàm in die reſurrectionis Dominicæ ſacramentum Euchariſtiæ tàm illis quàm alijs quibuſuis perſonis licitè miniſtrandi, Apoſtolica auctoritae prædicta, indulgemus, ac de nouo concedimus in omnibus & per omnia. Ita quòd ordines, ſuperiores, fratres, Moniales, Sorores, perſonæ, Monaſteria, domus, Eccleſiæ, & loca prædicta, illis tàm in genere, quàm in ſpecie, cōceſſis, ut præfertur, uti potiri & gaudere poſſint & debeant. Ac ab ipſis inquiſitoribus, impoſitionibus, grauaminibus, oneribus, decimis, quarta & quinta ēt funeralium, & aliorum quorumcunq; eis legatorum & oblatorum, ac conceſſorum pro tempore, necnon pedagijs, & Gabellis, ac omnibus & ſingulis alijs ſupradictis, libera penitus, immunia & exempta auctoritate Apoſtolica, & tenore prædictis etiam concedimus & indulgemus, ac ſtatuimus, & ordinamus. Et nihilominus Venerabilibus fratrib. Archiepiſcopo Rothomagenſi, & Epiſcopo Conchenſi, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſt. auditori, per præſentes committimus & mandamus, quatenus ipſi, uel duo, aut unus eorum, per ſe, uel alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta quæcumq; plenum effectum ſortiri, illiſq;, omnes quos concernunt pacificè frui, & gaudere. Non permittentes quemquam deſuper per quoſcunq; quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoslibet & rebelles

belles etiam per quaſcunq; (de quibus eis uidebitur) cenſuras & pœnas eccle-
ſiaſticas, ac alia opportunā iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcen-
do. Ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, etiam iteratis uici-
bus aggrauando. Inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæ-
cularis. Non obſtantib. præmiſſis, ac conſtitutionibus ſuper cathedram Boni
facij, & dudum Viennenſis concilij, ac Clementinæ Religioſi de priuilegijs, &
dudum de ſepulturis, ac etiam ex frequentib. de ſententia excommunicatio-
nis, ac extrauagante, ad Conditorem Ioannis xxij. cum alijs conſtitutionib. eā
dem materiam prædictæ extrauagantis tangentib. ſeu concernentib. ac regu-
lis cancellariæ Apoſtolicæ, iam editis, & in futurū edendis, ac piæ memo. Bo-
nifacij PP. VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de una, & in concilio generali
de duabus dietis editis (dūmodo ultra tres dietas aliquis uigore præſentiū ad
iudicium non trahatur) et alijs Apoſtolicis, ac Prouincialib. capitularib. ge-
neralib. & ſpecialib. conſtitutionib. & ordinationib. etiam in ultimo genera-
li concilio Lateranenſi celebrato, & alijs concilijs editis, necnon ſtatutis, & cō
ſuetudinib. etiam iuramento confirmatione Apoſt. uel quauis firmitate alia
roboratis. Priuilegijs quoq; indultis & litteris Apoſt. etiam in forma bre-
uis per Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iulium etiam III præfatos,
ac quoſcunq alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac ſedem ean-
dem, etiam motu proprio, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilib. ac cū
quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis; etiam priuilegiorum eorundem
reuocatiuis, reſtrictiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mē
tis atteſtatiuis ac derogatoriarum derogatorijs, alijsq. efficaciorib. efficaciſ-
ſimis, & inſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis,
& innouatis, quibusuis perſonis, & ordinib. in contrarium forſan conceſſis,
confirmatis, & innouatis, quibus omnib. etiam ſi pro illorum ſufficienti dero-
gatione, de illis eorumq; totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica expreſſa, & indiui-
dua, ac de uerbo ad uerbum, non autem per clauſulas generales, idem impor-
tantes, mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita for-
ma ad hoc ſeruanda foret. Et in eis caueatur expreſsè quòd illis nullatenus,
aut non niſi ſub certis modo & forma derogari poſſit, Tenores huiuſmodi, ac
ſi de uerbo ad uerbum nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita obſerua-
ta, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, il-
lis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac uice duntaxat, ſpecialiter & expreſsè
derogamus. Aut ſi aliquibus communiter uel diuiſim ab eadem ſit ſede indul
tum quòd interdici ſuſpendi uel excommunicari non poſſint per litteras Apo
ſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de uerbo ad uerbum, de indulto
huiuſmodi mentionem. Cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Verùm quia dif-
ficilè foret præſentes litteras ad ſingula quæq; loca (in quibus fortè opus eſ-
ſet) deferri. Volumus & pariter Apoſtolica auctoritate decernimus quòd il-
larum trāſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ
in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu curiæ eccleſiaſticæ munitis, eadem
prorſus fides in iudicio et extra illud adhibeatur, quæ præſentib. adhiberetur,
ſi forent exhibitæ uel oſtenſæ. Dat, Romæ apud Sanctum Marcum ſub annu
lo piſcatoris, die prima Iulij. 1555. Pontificatus noſtri Anno primo.

Cæ. Grol.

VNI-

VNIVERSIS, & ſingulis præſens tranſumptum inſpecturis. Nos Rodulphus Pius Epiſcopus Portuenſis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis de Carpo, Totius præfati ordinis ſancti franciſci protector & corrector. Vniuerſitati ueſtræ notum facimus & atteſtamur, quatenus litteras originales Sanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri D. Pauli Papæ IIII. in forma breuis, ſub annulo piſcatoris præimpreſſi tenoris pro parte Reuerendi P. Fratris Angeli de Auerſa eiuſdem ord. in Romana Curia procuratoris, nobis exhibitas, ſanas, integras authenticas, non uitiatas, omniq; prorſus uitio & ſuſpicione carentes, uidimus, & diligenter inſpeximus, ac coram nobis per Notarium infraſcriptum collacionari et auſculiari audiuimus; cum præimpreſſo exemplo, quod cum per omnia ipſis originalib. concordari reperiretur, ad eius ubiq, fidem faciendam per modum autentici tranſumpti, auctoriatem noſtram, pariter & decretum interpoſuimus, ac ſigillo noſtro muniri mandauimus. Actum & datum Romæ in domo noſtræ ſolitæ habitationis anno Domini 1555. die uero ſecunda menſis Auguſti Pontif. E S. D. noſtri Pauli Papæ IIII. anno primo.

PIVS PAPA IIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX Clementi ſedis Apoſtolicæ prouiſione, necnon perſonarum Deo deuotarum profectu, ſub regulari caſtimonia Domino militantium pia deuotione prouenire dignoſcitur, Vt Romanos Pontifex quandoq; per prædeceſſores ſuos Romanus Pontifices, pro religionis conſeruatione, & augmento, ac perſonarum earundem quiete, & commodo conceſſa, approbet, & innouet, ac approbata, & innouata, Apoſtolica auctoritate communiat, ut ea firmiora perſiſtant, quæ ſæpius fuerint, eiuſdem ſedis auctoritate circumfulta. Sanè pro parte dilecti filij Franciſci de Zamora Miniſtri generalis ordinis fratrum minorum regularis obſeruantiæ, nobis nuper exhibita petitio, continebat. Quòd cùm inter operarios, qui ad excolendum uineam domini Sabaoth, Dei gratia, ordo ipſe, magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum ſalutis fructus ſemper olim attulerit, & quotidie afferre conetur, Ac exinde pro ſuis ſanctis ſtudijs, honeſtiſq; laboribus, proq; ſalute animarum ab Apoſtolica ſede, cuius continuè pacem, & dignitatem, ordo idem fortiter tutatus eſt, Tàm ſpiritualia, quàm temporalia ſubſidia, ornamentaq; acceperit, & accipiat, quibus & ſancta ſua officia, ac uitam ſuam regularem faciliùs, atq; expeditiùs exequi, & tranſigere poſſint & cæteræ religioſæ perſonæ, ordineſq; alij exemplo ipſorum promptiores, alacrioreſq;, ad ſua officia perſoluenda reddantur. Cùmq; etiam ex ipſius ſedis prouiſione, ac benigna dignatione prouenire dignoſcatur, ut Romanus Pontifex quandoq; prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum geſta innouet, ac innouationem & reuocationem reſtauret, & Apoſtolica auctoritate innouata, & reſtaurata muniat, & fulciat, ac in priſtinum ſtatum reponat, & reducat. Et propterea, nõnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, nonnullas gratias, conceſſiones, Indulgentias, peccatorum remiſſiones Abſolutiones etiam plenarias, liber-

tates,

tates,prærogatiuas, fauores,immunitates,exemptiones,declarationes, facultates,ac omnia,& ſingula priuilegia,& indulta tàm ſpiritualia, quàm temporalia,etiam per ſolã ſignaturam,aut per oracula viuæ uocis,uel aliàs,etiam contra Apoſtatas,tàm pro foro conſcientiæ, quàm pro foro fori, tàm prædictis fratrum minorum, quàm ſanctæ Claræ, ac Tertio, de pœnitentia nuncupato, ordinibus, illorumq; ſuperioribus, fratribus, Monialibus, & ſororibus, ac utriuſq; ſexus perſonis, & monaſterijs,domibus, Eccleſijs,& locis quibuſcunq; dictorum ordinum,nunc,& pro tempore exiſtentibus, in genere uel in ſpecie,etiam per modum communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum,inter ſe, ac etiam cum aliis quibuſcunq; ordinibus, mendicantibus,& non mendicantibus, Et fel. rec. Gregorius IX. Bonifacius VIII. Alexander IIII. Nicolaus III. Clemens V. Eugenius etiam IIII. Leo X. Clemens VII. Paulus ſimiliter III. ac Iulius etiam III. ac alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri,& ſedes Apoſtolica tàm ſuper exemptionibus,etiam ab ordinariorum locorum,& legatorum etiam de latere,ac hæreticæ prauitatis Inquiſitorum Iuriſdictione,uiſitatione,& correctione, quàm etiam ab omni impoſitione, Collecta,decima,ſubſidio,quarta,& quinta funeralium, & legatorum partibus,pedagijs,& gabellis,ac alio quocunq; grauamine,per ſedem eandem,pro tempore impoſitis, & alijs rebus,reſpectiuè conceſſerint. Ac piæ me. Paulus Papa IIII ſimiliter prædeceſſor noſter, ut fratres minorum huiuſmodi excluſis quibuſcũq; ſollicitudinibus liberiùs,& quietiùs diuinis poſſent uacare obſequiis, & animarum ſaluti peramplius proficere,ac offerentium,donantium,& concedentium, aut in ultima uoluntate relinquentium,ordini prædicto,uel fratribus ordinis minorum huiuſmodi, aliquid propter Deum, pia intentio, non fraudaretur. Ac hæredum,& executorum negligentijs obuiaretur. Ac ut ipſi fratres,ſecundùm modos licitos,& congruos,ipſi ordini,relictis ſibi in teſtamentis,mobilibus,& immobilibus bonis, & alijs etiam pecuniarijs,ſibi quomodolibet oblatis,conceſſis,legatis,& donatis,pro tempore, etiam pro miſſis & alijs diuinis officijs,eleemoſynis,& alijs rebus non fraudarentur, quòd Generalis de per ſe in toto ordine, ac ſinguli prouinciales Miniſtri, ac Cuſtodes vniuerſi pro tempore exiſtentes, ipſius ordinis fratrum minorum,in ſuis prouincijs, & cuſtodiis reſpectiuè,& ad hoc ab eis reſpectiuè deputati fratres pro tempore,poſſent nominare ſpeciales perſonas,quæ non eſſent de dicto ordine minorum pro locorum indigentia ſingulorum, quando, & quoties opus fuerit, in ſingulis eorum conuentibus,quas perſonas per ipſos taliter nominatas pro tempore,in ijs adminiſtrationem legitimam,& generalem, ac liberam gerere,& ipſos veros,& legitimos adminiſtratores Economos, Sindicos, & actores eſſe,& de plenitudine poteſtatis conſtituendo, Auctoritate Apoſtolica decreuit. Qui res ipſas,& rerum prædictarum precium,& prædictas eleemoſynas,nomine Romanæ Eccleſiæ,ad quam rerum omnium mobilium,& immobilium,quibus fratres huiuſmodi vti poſſunt, ius,proprietas, & dominium nullo medio ſpectat,reciperent,& recipere poſſent, & deberent, per eoſdem in fratrum ipſorum vtilitates, etiam pro victu,& veſtitu,eorum,ac aliis neceſſitatibus tunc expreſſis,pro tempore conuertenda,ſicut,& quando,a dictis Generali in toto ordine,& prouincialibus,Miniſtris,ac cuſtodibus prædictis, & eorum ſingulis pro tempore in prouincia ſeu cuſtodia ſibi decreta, uel ab eiſdem fratribus,de aſſenſu eorum extitiſſent requiſiti,etiam dando eis,& eo-

r

um

rum ſingulis reſpectiuè facultatem reuocandi perſonas eaſdem, & earum quamlibet,& alias ſubrogandi; vel nominandi loco earum, per ſupradictum modum nominationis, quotiens opportunum foret, quæ eandem in prædictis,uel ſimilem haberēt poteſtatem,plenam,& liberam,aliaſq; , et alia facere poſſent, & deberent, Eadem auctoritate apoſtolica, conceſſit. Nec propterea fratres minores huiuſmodi contra regulam Sancti Franciſci quam profeſſi ſunt, & profitentur in futurum, ſiue contra ſtatuta regularia ſui ordinis huiuſmodi in aliquo facere, ſed ſana cōſcientia, ſine alicuius conſcientiæ ſcrupulo,quo ad id,ſic in poſterum viuere, decreuit, & declarauit. Et inſuper, ut omnium quarumcumq; prouinciarum, Ciuitatum, & diœceſum per totum Orbem, omnium utriuſq; ſexus Chriſti fidelium pro tempore dicti ord.Min. fratres,à ſuis ſuperioribus (ut moris eſt) deputati confeſſores,confeſſiones ēt infirmorum ubilibet, etiam extra domos, & habitacula eorundem fratrum, ac etiam ad eos pro tempore recurrentium audire,eoſq; etiam in caſibus,& cenſuris quibus eis, per priuilegia ſedis apoſtolicæ prædictæ,ēt per modū cōicationis,& extenſionis quorūcunq; ord. ēt Minimorū hactenus cōceſſum ē poſſe abſoluere. Et ſinguli ordines ēt Minimorū quorū priuilegia eidē ordini Minorū ſunt cōicata, & extēſa abſoluere conſueuerunt. Abſoluendi,& pęnitentiā ſalutarem iniungendi, Ac omni tempore præterquam in die reſurrectionis dominicæ, ſacramentum Euchariſtiæ tàm illis, quàm alijs quibuſuis perſonis licitè miniſtrandi, dicta apoſtolica auctoritate indulſit, ac de nouo conceſſit, Ac etiam decreuit, & declarauit per diuerſas ſuas litteras in forma breuis expeditas. Necnon idem Leo prædeceſſor ſacramentum Euchariſtiæ huiuſmodi (ut præfertur) adminiſtrandum omni tempore præterquàm in die reſurrectionis dominicæ,diemq; huiuſmodi in quo celebratur feſtum reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti, duntaxat, ſine Rectoris parochialis, aut diœceſani licentia,viuæ uocis eius oraculo declarauit. Et inſuper bo.me. Iulius II. ſimiliter prædeceſſor noſter fratribus ordinis Prædicatorum,& pœnitentiæ Ieſu Chriſti, & Carmelitarum, ac Sancti Auguſtini, & monialibus Sanctæ Claræ, aliorumq; ordinum in paupertate fundatorum, ac omnibus mulieribus prædictorū ord. aut aliorū quorūcūq; ne aliquod monaſterium, eccleſiam, aut Oratorium ædificare ſeu cōſtruere præſumant, infra ſpatium trecentarum cannarum ab eccleſijs fratrum minorum menſurandarum; per aerem,etiam vbi aliàs,rectè menſurari loci diſpoſitio non permittit. Nulli quoq; ſæculari, uel religioſo cuiuſcunq; profeſſionis voluit licere eccleſiam vel monaſteria, ſeu oratorium iam ædificatum in aliquem transferre de ordinibus memoratis infra ſpatium prædictarum trecentarum cannarum,& quamlibet iſtarum cannarum voluit octo palmorum longitudinem continere. Non obſtante varia locorum conſuetudine ſiue priuilegijs,& litteris quibuſcunq; à ſede Apoſtolica ſub quacunq, verborum forma conceſſis,ſeu etiam concedendis,quæ de præſentibus ſpecialem,& expreſſam non feciſſent mentionem,prohibuit. Statuēdo etiam ut quicquid contra huiuſmodi ordinationis, & inhibitionis tenorem, extunc in antea ædificatum foret, diruetur. Necnon tam ſuper nominatione procuratorum, ſeu Sindicorum pro locorum indigen-

tia ſingulorum ordinis minorum huiuſmodi,ut præfertur,facienda,quàm etiam ſuper confeſſionibus pro tempore audiendis tàm ſæcularium perſonarum quarumcunq; , quàm etiam fratrum ordinis minorum huiuſmodi, necnon abſolutionis beneficio illis impendendo , ac diſpenſando reſpectiuè, & Sacramento Euchariſtiæ adminiſtrando, aliaq; deſuper neceſſaria faciendo , dictis Generali , ac Prouincialibus , & alijs fratribus ordinis minorum huiuſmodi reſpectiuè pro tempore exiſtentibus, Tàm Paulus IIII. vt præmittitur , quàm etiam Martinus IIII. & Martinus V. ac Eugenius IIII ac Nicolaus V. & Sixtus IIII. & diuerſi alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, reſpectiuè per diuerſas eorum litteras, ac conceſſiones,etiam uiuæ vocis oraculo factas, reſpectiuè ,ac diuerſimodè , & diuerſis temporibus, eadem auctoritate apoſtolica facultatem conceſſerunt,prout in ſingulis conceſſionibus,& litteris eorundè prædeceſſorum plenius dicitur contineri . Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat , ea quæ ſæpius Apoſtolica auctoritate præfata munita exiſtunt , maiorem obtineant roboris firmitatem , dictus Franciſcus miniſter , cupiat priuilegia , facultates,conceſſiones, indulta, diſpenſationes, ac ſingulas aliàs gratias huiuſmodi, etiam per nos approbari , innouari, & confirmari, pro parte eiuſdem Franciſci miniſtri , Nobis fuit humiliter ſupplicatum , ut eiſdem priuilegijs,immunitatibus , exemptionibus , libertatibus, fauoribus, conſeruatorijs , declarationibus , facultatibus , diſpenſationibus,gratijs,conceſſionibus , indulgentijs , & indultis, pro illorum obſeruantia uiridiori,noſtræ approbationis robur adijcere, aliàſq; in præmiſſis opportunè prouidere.de benignitate Apoſtolica dignaremur . Nos igitur qui omnium uotis,præſertim illis quibus ſub ſuaui religionis iugo, diuinis laudibus, & Chriſtianæ profeſſionis augmento , incumbentium perſonarum tranquillitati , commoditatibus , & honori conſulitur , libenter annuimus, eaq; fauoribus proſequimur opportùnis,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,præmiſſa , ac omnia,& ſingula alia priuilegia, immunitates,exemptiones, etiam ab inquiſitoribus præfatis,libertates,prærogatiuas, fauores,conſeruatorias, declarationes, facultates , diſpenſationes , gratias , conceſſiones , indulgentias , & indulta ſpiritualia,& temporalia,etiam per modum communicationis, & extenſionis, inter ſe, & cum alijs ordinibus mendicantibus , & non mendicantibus,eiſdem fratrum minorum regularis obſeruantiæ , ac Sanctæ Claræ , & de pœnitentia Tertio ordinibus , etiam in congregatione ſub trium uotorum ſubſtantialium profeſſione,& eorundem ſuperiorum ordinis minorum regularis obſeruantiæ huiuſmodi obedientia degentibus, ipſorumq; ſuperiorum fratribus,monialibus, ſororibus,ac utriuſq; ſexus, etiam ſingularibus perſonis,necnon monaſterijs,domibus,eccleſijs,& locis quibuſcunq; in genere,& in ſpecie,etiam per ſolam ſignaturam , etiam uiuæ uocis oraculo (ut præfertur) aut aliàs,tàm per præfatos , ac quoſcunq; alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros , ac nos & ſedem prædictam , quàm Imperatores , Reges , & alios Principes ſub quacunq; forma & expreſsione verborum conceſſa , ac etiam iteratis uicibus approbata, necnon cũ omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis,decretis, & declarationibus, ſingulas deſuper confectas litteras , & in eis contenta

tenta ,

tenta, etiam prout largiùs in aliquibus earum eis conceſſum eſt. Interpretando,& inde ſecuta quęcunq;, illorum omniũ tenores,& formas datas, effectus,& decreta,in illis appoſita,ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ex certa ſcientia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,confirmamus, & innouamus, ac perpetuam roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari. Necnon ordinibus fratrum minorum regularis obſeruantiæ,& Sanctæ Claræ, ac Tertio de pœnitentia nuncupato,etiam in congregatione ſub obedientia fratrum minorum obſeruantiæ huiuſmodi degentibus, ſuperioribus, fratribus, monialibus, etiam tertiarijs nuncupatis, ſororibus, perſonis, monaſterijs, domibus, eccleſijs,& locis præfatis,etiam per modum communicationis, & extenſionis huiuſmodi ſuffragari,illiſq; frui, uti, & gaudere, quando & quoties opus fuerit, poſſe & debere; in iudicio,& extra;ac etiam in foro conſcientiæ in omnibus & per omnia, perinde, ac ſi ſpecialiter, & expreſsè eiſdem fratrum minorum,& Sanctæ Claræ,& Tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus, conceſſa fuiſſent,decernimus. Supplentes omnes, & ſingulos iuris & facti defectus, ſiqui forſan interuenerint in eiſdem. Et nihilominùs pro potiori cautela, & ampliori dono gratiæ, illa omnia, & ſingula,iuxta ampliorem & fauorabiliorem illorũ intelligẽtiam & interpretationem, ut præfertur, Et præſertim,ut pro tempore à ſuis ſuperioribus (ut moris eſt) deputatos confeſſores fratres ordinis minorum obſeruantię huiuſmodi,omnium quarumcunq; prouinciarum, Ciuitatũ, & diœceſum, per totum orbem; omnium utriuſq; ſexus chriſtifidelium pro tempore confeſsiones etiam infirmorum ubilibet, etiam extra domos, & habitacula eorundem fratrum, ac etiam ad eos pro tempore recurrentium, audire, eoſq; etiam in caſibus, & cenſuris quibus eis per priuilegia ſedis Apoſtolicæ prædictæ, etiam per modum communicationis & extenſionis, quorumcunq; ordinũ etiam minimorum hactenus conceſſum eſt, poſſe abſoluere,& ſinguli ordines etiam minimorum, quorum priuilegia,eidem ordini minorum ſunt communicata, & extenſa, abſoluere conſueuerunt, abſoluendi, ac pœnitentiam ſalutarem iniungendi, & omni tempore præterquàm in die reſurrectionis Dominicæ duntaxat, iuxta antedictam Leonis prædeceſſoris, huiuſmodi declarationem, Sacramentum Euchariſtiæ, tàm illis quàm alijs quibuſuis perſonis, licitè miniſtrandi, indulgemus, ac de nouo concedimus in omnibus,& per omnia, Ita quòd Ordines, ſuperiores, fratres, moniales, ſorores,perſonæ, monaſteria, domus, eccleſiæ, & loca prædicta,illis, tàm in genere, quàm in ſpecie, conceſsis, ut præfertur,uti, potiri, & gaudere poſsint, & debeant. Ac ab ipſis Inquiſitoribus, impoſitionibus, grauaminibus, oneribus, decimis, quarta, & quinta, etiam funeralium, & aliorum quorumcunq; eis legatorum,oblatorum, & conceſſorum pro tempore, necnon pedagijs, & gabellis,ac omnibus,& ſingulis alijs ſupradictis, libera penitus, Immunia & exempta exiſtere, auctoritate, & tenore prædictis, etiam concedimus, & indulgemus, ac ſtatuimus, & ordinamus. Et nihilominus Venerabili fratri Archiepiſcopo Rothomagenſi,& Dilectis filijs Præceptori monaſterij per præceptorem gubernari ſoliti,

Beatæ Mariæ de mercede ordinis redemptionis Captiuorum Compluten. Tolleranen. diœc. ac curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori; per præſentes, committimus, & mandamus, quatenus ipſi, uel duo, aut unus eorum per ſe, uel alium, ſeu alios, faciant auctoritate noſtra, præſentes litteras, & in eis contenta quæcunq; plenum effectum ſortiri, Illiſq; omnes quos concernunt pacificè frui & gaudere. Non permittentes quemquàm deſuper per quoſcunq; quomodolibet indebitè moleſtari, Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quaſcunq; de quibus eis uidebitur cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Ac legitimis, ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras ipſas, etiam iteratis uicibus aggrauando, Inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis, Non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitutionibus, Super cathedram, Bonifacij, & Dudum Viennen. concilij, ac Clementina Religioſi, de priuilegijs, & Dudum de ſepulturis, ac etiam, Ex frequentibus, de ſententia excommunicationis, ac extrauagante ad Conditorem, Ioannis xxij. Cum alijs Conſtitutionibus, eandem materiã prædictæ extrauagantis tangentibus, ſeu concernentibus, ac regulis Cancellariæ Apoſtolicæ iam editis & in futurum edendis, ac piæ me. Bonifacij Papæ viij. etiam prædeceſſoris noſtri de una, & in concilio gñali de duabus dietis editis. Dummodo ultra tres dietas aliquis nigore præſentium ad iudicium non trahatur, Et Alijs Apoſtolicis, ac Prouincialibus, Capitularibus, generalibus, & ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, etiam in ultimo generali concilio Lateranen. celebrato, & alijs conciliis editis. Necnon ſtatutis & conſuetudinibus, etiã iuramento, confirmatione apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq;, indultis, & litteris Apoſtolicis etiam in forma breuis, per Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iulium III. præfatos, ac quoſcunq; alios Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros, ac ſedem eandem, etiam Motu proprio, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, etiam priuilegiorum eorundem reuocatiuis, reſtrictiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarũ derogatorijs, alijsq; efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibuſuis perſonis & ordinibus, in contrarium forſan conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, & in eis caueatur expreſsè, quòd illis nullatenus aut non niſi, ſub certis modo & forma derogari poſſit, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad uerbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, Illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac uice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, uel excommu-

nicari

nicari non poſſint, per litteras apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de uerbo ad uerbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Ceteriſq; contrarijs quibuſcunq. Verùm quia difficile foret, præſentes litteras, ad ſingula quæque loca, in quibus forte opus eſſet, deferri, Volumus, & pariter Apoſtolica auctoritate decernimus, quòd illarum tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Curiæ Eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ uel oſtenſæ. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, ſub Annulo piſcatoris, Die vigeſima ſeptima Aprilis Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo primo. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Hie. Torcellan.

V. Macharanus.

VNIVERSIS & ſingulis præſens tranſumptum inſpecturis, Nos Clemens Monilianus S. R. E. Presbyter Card de Aracœli nuncupatus, Vniuerſitati veſtræ notum facimus, & atteſtamur, quatenus litteras Apoſtolicas originales, Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, D. Pij. Papæ IIII. in forma breuis ſub annulo piſcatoris, præmiſſi ac præimpreſſi tenoris, pro parte Reuerendi Patris fratris Franciſci Guzmani ordinis Minorum, reg. obſer. eiuſdem ordinis in Ro. Cu. Procuratoris nobis exhibitas, ſanas, integras, autenticas, non uitiatas, omniq; prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, Vidimus, & diligenter inſpeximus, ac coram nobis per Notarium infraſcriptum collationari, & auſcultari audiuimus cum præimpreſſo exemplo, Quod cùm per omnia ipſis originalibus concordari reperiretur, ád eius ubiq; fidem faciendam per modum autētici tranſumpti, Auctoritatem noſtram pariter & decretum interpoſuimus, ac ſigillo noſtro muniri mandauimus. Actum Romæ in domo noſtræ ſolitæ habitationis, Anno Domini 1561. die veró xiij. Iunij. Pont. eiuſdem S. D. N. Pij Papæ IIII. Anno Secundo.

TABEL-

TABELLA
PATRVM GENERALIVM
ORD. MIN. S. FRANCISCI.

Reuerendiſs. Patri Fratri Franciſco Gonzagæ, Vniuerſi Ord Franciſcani Miniſtro Generali optimo, ac moderatori prudentiſsimo.

F. Claudius Medulla eiuſdem Ord. profeſſor, & Mediolanen. Prouinciæ Miniſter humilis & ſeruus, P. S.

CVM iiſce diebus proximè elapſis, huiuſce Mediolanen. Prouinciæ, de more, Congregationem Patrum habuerim, inter multa, vnum eiſdem animi mei ſenſum aperui, multis de cauſis, tunc latiùs explicatis, non abs re fore, ſi omnium Patrum, qui Religionem noſtram, quam, Tu, Reuerendiſs. Pater, nunc ſanctiſſimè, diuina diſpoſitione, moderaris, ab initio gubernarunt; Tabella, notata temporũ uarietate, ad pietatem excitandam, conficeretur. Quæ res omnibus quidē, & memoria, et cõmendatione digna uiſa eſt. Quã cũ religioſæ pietatis ſtudio, ego conficiendã ſuſceperim, paucis quidē diebus, ſed multis laboribus, abſolutam, rē ſanè non ingratam, me facturũ arbitratus, in lucē ſub tuo nomine, emittēdam curaui. Et planè id meritò. Sub quo enim decentiùs, hic Generalium cathalogus prodiret, quàm ſub Te Generali Optimo, in quo ſanè omniũ Generalium, uiget auctoritas, uirtutes eluceſcunt? Porrò id mei laboris, pietatis ſtudio ſuſcepti, mercedis ſatis accipiet, ſi Tu, Reuerēdiſs. Pater, illud benignè aſpexeris, Tibiq; gratum eſſe cognouero. Vale Generaliũ Corona, Religioniſq; decus. Ex Conuentu noſtro S. Angeli Mediolani. Die xiij. Iunij. M. D. LXXXI.

✠ BEatiſsimus, ac Seraphicus P. N. S. Franciſcus, ordinis fundator,
1206 & inſtitutor inclitus, Innocentio iij. Pontifice, ordinem inſtituit, & eodem Innocentio, ac deinde Honorio item iij. per ſe, ſuosq. Vicarios Generales, primò quidem per Beatum patrem fratrem Petrum Chataneum, deinde uerò per patrem fratrem Heliam de ~~Aſſiſio~~ Cortona gubernauit annis xx.

2. Generalis, P. F. Ioannes 1. Parens, de ciuitate Caſtellana, Prouin-
1227 ciæ Hiſpaniæ Miniſter, in Capitulo generali Aſſiſien. 1. electus, Gregorio ix. Pont. ordinem gubernauit ann v.

1232 3. Generalis, P. F. Helias de ~~Aſſiſio~~, eodem Gregorio ix. ordinem gubernauit ann. vi.

Cortona

ap(p)essime posita de Cortona cum recte de Aſſiſio seriptum fuerit teste Salimbene de Parma coevo.

4 Generalis, P. F. Albertus de Piſis, Prouinciæ Tuſciæ, Angliæ Miniſter, in Capitulo generali Rom. 1. eodem Gregorio ix. præſente, &
1238 præſidente electus, ordinem gubernauit men. x.

5 Generalis, P. F. Haymo Anglicus, in Capitulo generali Romano
1239 2. eodem Greg. ix. præſente, & præſidente electus, ordinem gubernauit ann. vj.

6. Generalis, P. F. Creſcentius de Ieſio, Prouinciæ Marchiæ, in Ca-
1245 pit. generali Aſſiſien. 2. electus, Innocentio iiij Pont. ordinem gubernauit ann. iii.

✠ 7. Generalis, B. P. Ioannes 2 de Parma, Prouinciæ Bononiæ, in Ca-
1248 pit. generali Aſſiſien. 3. electus, eodem Innocentio iiij. ordinem gubernauit ann. viij.

✠ 8. Generalis, Beatiſſimus P. Sanctus Bonauentura, Prou. Romanæ,
1256 Doctor Seraphicus, in Capitulo generali Rom. 3. electus, Alexandro iiij. Vrbano iiij. & Clemente item iiij. Pontt. ordinem ſanctiſsimè gubernauit ann. xviij. poſtea S. R. E. Card. Epiſcopus Albanen. ab Gregorio x. Pont. factus tandem miraculis clarus, per Sixtum iiij. ſanctorum cathalogo adſcriptus eſt.

✠ 9. Generalis, P. F. Hieronymus de Eſculo, Prouinciæ Marchiæ, in
1274 capitulo generali Lugdunen. 1. electus, ordinem gubernauit ann. v. eodem Gregorio x. Innocentio v. Adriano v. Ioanne xxi. & Nicolao iij. à quo poſtea S. R. E. præsbiter Card. & Epiſcopus prænestinus creatus, ac deinde Pont. electus, Nicolaus iiij. uocatus eſt.

10. Generalis, P. F. Bonagratia, Prouinciæ Bononiæ, in capitulo ge-
1279 nerali Aſſiſien. 4. electus, eodem Nicolao iij. ac deinde Martino iiij. Pontt. ordinem gubernauit ann. vi.

11 Generalis, P. F. Atholotus de Prato, Miniſter Prouinciæ Tu-
1285 ciæ, in capitulo generali Mediolanen. electus, eodem Martino iiij. ac deinde Honorio item iiij. ordinem gubernauit an. 1. menſibus. v.

✠ 12. Generalis, P. F. Matheus de Aqua ſparta, prouinciæ Sancti Fran-
1287 ciſci, in capitulo generali Peſſulano electus, eodem Honorio iiij. ac deinde Nicolao item iiij. antea generali Miniſtro, à quo etiã Card. factus, ordinem gubernauit ann. ij.

13. Generalis, P. F. Raymundus Gaufredus, de Prouincia Prouinciæ,
1289 in Capitulo generali Reatino electus, eodem Nicolao iiii. ac deinde Celeſtino v. & Bonifacio viii. à quo Epiſcopus Patauen. factus, ordinem,

nem gubernauit ann.vii.
✠ 14.Generalis,P.F.Ioannes 3.de Murro,Prouinciæ Marchiæ, in Ca-
1296 pitulo generali Ananien. electus, eodem Bonifacio viii. præſente, à quo etiam poſtea S.R.E.Card & Epiſcopus Portuenſis factus, ordinem gubernauit ann.vii.
15.Generalis,P F.Gundiſaluus,Prouinciæ S Iacobi,ac Miniſter Pro
1304 uinciæ Caſtellæ,in Capitulo generali Aſſiſien 5.electus, Benedicto xi.ac deinde Clemente v.Pont.ordinem gubernauit ann.ix.
16.Generalis, P.F.Alexander de Alexandria, Prouinciæ Ianuæ, in
1313 Capitulo generali Barchinonen. 1.electus,eodem Clemente v ordinem gubernauit an.1.men.vii.
17.Generalis,P.F.Michael de Ceſena,Prouinciæ Bononiæ,in Capi-
1316 tulo generali Neapolitano electus,Ioanne xxii.Pont.ordinem gubernauit ann.xii.
✠ 18 Generalis,P.F.Geraldus Odonis,Prouinciæ Aquitaniæ,in Capi
1329 tulo generali Pariſien.1.electus,ordinem gubernauit ann.xiii. eodē Ioāne xxii.ac deinde Benedicto xii.& Clemente vi.à quo poſtea Patriarcha Antiochenus,& Epiſcopus Cathanen.creatus eſt.
✠ 19.Generalis,P.F.Fortanerius Veſalius,Prouinciæ Aquitaniæ,in Ca
1342 pitulo generali Marſilien. electus, ordinem gubernauit ann.v men. viii.eodem Clemente vi.à quo Archiepiſ.Rauenen & poſtea Patriarcha Graden.factus eſt.
✠ 20 Generalis, P. F.Guillermus 1. Farinerius, Prouinciæ Aquitaniæ
1347 Miniſter,in Capitulo generali Veronen.electus, ordinem gubernauit ann.ix. eodem Clemen.vi. ac deinde Innocentio vi. à quo poſtea S.R E præsbyter Card.creatus eſt.
21.Generalis,P.F.Ioannes 4 de Bucco,Prouinciæ Aquitaniæ,in Ca
1357 pitulo generali Barchinonen.2.electus, eodem Innocentio vi. ordinem gubernauit an.1.men vii.
✠ 22.Generalis,P.F.Marcus de Viterbio,Prouinciæ Romanæ,in Capi
1359 tulo generali Ianuen. electus, ordinem gubernauit ann.viii eodem Innocentio vi. ac deinde Vrbano v. à quo poſtea S. R. E. præsbyter Cardinalis creatus eſt.
✠ 23. Generalis,P.F.Thomas Mutinen.Prouin.Bononiæ, in Cap.gen.
1367 Aſſiſien 6 electus,ordinem gubernauit ann.v men.x. eodem Vrbano v.ac deinde Gregorio xi. à quo poſtea Patriarcha Graden. ac deinde Card factus eſt.
✠ 24.Generalis,P.F Leonardus de Giffonibus,Prouinciæ terræ laboris
1373 Miniſter, in Capitulo generali Toloſano electus, eodem Gregorio xi. ac deinde Vrbano vi. ordinem gubernauit ann.vii. poſtea Card. factus eſt.
✠ 25.Generalis,P.F.Ludouicus Venetus,Prou.S.Antonii,in Cap.gene
1380 rali Strigonen.electus, ordinem gubernauit ann.iiii. eodem Vrbano vi Pont.à quo poſtea Card.factus eſt.
26 Generalis,P F.Martinus de Iantia,Prou.Ianuen. in Capitulo ge-
1384 nerali Patauen 1 electus, eodem Vrbano vi.ord. gubernauit ann.iii.
27.Generalis,P.F.Henricus Aſtenſis,Prou.Ianuæ,in Capitulo gene-

rali

1387 rali Florentino electus, eodem Vrbano vj. ac deinde Bonifacio ix. Pontt. ordinem gubernauit ann. xviii.

28. Generalis, P. F. Antonius 1. de Pirretro, in Capitulo generali Ar-
1405 gentino electus, ordinem gubernauit ann. xv. Innocentio vii. Grego-
rio xii. ac Martino v. Pontt.

29. Generalis, P. F. Angelus Senenſis, Prou. Tuſciæ, in Cap. gen. Man-
1420 tuano 1. electus eodem Mart. v. ord. gubernauit ann. ii. men. vii.

30 Generalis, P. F. Antonius 2. de Maſſa, Prou. Tuſciæ, in Cap. gen. Fo
1424 roliuien. electus, eodem Martino v. ord. gubernauit an. 1. men. 5 po-
ſtea epiſcopus Maſſanenſis factus eſt.

31. Generalis, P. F. Guillermus 2. de Caſali, Prou. Ianuæ, in cap. ge-
1425 nerali Aſſiſien. vii. electus, eodem Martino v. ac deinde Eugenio iiii.
Pontt. ordinem gubernauit ann. x.

32. Generalis, P. F. Antonius 3. de Ruſchonibus, Mediolanen. prou.
1435 Mediolani, in cap. gen. Paduano 2. electus, eodem Eugenio iiij. ac de-
inde Nicolao v. Pontt. ord. gubernauit ann. xv. iii.

33. Generalis, P. F. Angelus de Peruſio prou. S. Franciſci, in Capitu-
1453 lo generali Peruſino 1. electus, eodem Nicolao v. Pont. ordinem gu-
bernauit an. 1. men. xi.

34. Generalis, P. F. Iacobus de Mozzanica, Mediolanen. prou. Medio
1455 lani, in cap. gen. Bononien. electus, eodem Nicolao v. Caliſto iii. &
Pio ii. Pontt. ord. gubernauit ann. ix.

✠ 35. Generalis, P. F. Franciſcus 2. de Ruuere, Sauonen. prou. Ianuæ, in
1464 cap. generali Peruſino 2. electus, ordinem gubernauit ann. v. eodem
Pio ii. ac deinde Paulo ii. à quo poſtea Card. factus, deinde Pontifex
creatus, Sixtus iiij. vocatus eſt.

✠ 36. Generalis. P. F. Zanettus de Vtino, prou. S. Antonij, in Cap. gen.
1469 Veneto electus, ord. gubernauit ann. vi. Sixto iiii. Pont. à quo Archie
piſcopus Spalatenſis factus eſt.

37. Generalis, P. F. Franciſcus 3. Sanſon de Brixia, prou. Mediolanen.
1475 in capitulo generali Vrbinaten. electus, eodem Sixto iiii. ac deinde
Innocentio viij & Alexandro vj. Pontt. ord. gubernauit ann. xxv.

38 Generalis, P. F. Egidius Delphinus, de Ameria, Prouinciæ Orien-
tis Miniſter, ac ordinis procurator, in Capitulo Generali Iteranen.
1500 electus, eodem Alexandro vj. ac deinde Pio iii. & Iulio ii. Pontt. or-
dinem gubernauit ann. vj.

✠ 39 Generalis, P. F. Raynaldus Gratianus de Cotignola, Prouinciæ
1506 Bononiæ Miniſter, in capitulo generali Romano 4 electus, ordinem
gubernauit ann. iiii. eodem Iulio ii. à quo poſtea Archiepiſcopus Ara
guſmen. factus eſt

40. Generalis, P. F. Philippus de Bagnacauallo, prouinciæ Bononiæ
1510 Miniſter, in capitulo gen. Romano 5. electus, eodem Iulio ii. ac dein-
de Leone x ordinem gubernauit an. 1. men. iii.

41. Generalis, P. F. Bernardinus Prato, à Cherio, prou. Ianuæ, in cap.
1512 generali Aſſiſien. viii. electus, eodem Leone x. Pont. ordinem guber
nauit ann. iii.

42. Generalis, P. F. Antonius 4. Marcellus, Cherſinus, Dalmata, in

1515 Cap. generali Aſſiſienſi 9. electus, ordinem gubernauit ann. ij. & po-
ſtea Romæ, in Conuentu Sanctorum xij. Apoſtolorum electus eſt
Magiſter Generalis Patrum Conuentualium.
✠ 43. Generalis, P. F. Chriſtophorus i. de Foroliuij, Prouinciæ Bono-
niæ, Vicarius Generalis ultimus à Concilio Conſtantienſi, in Ca-
1517 pitulo Generali Romano vj. ex diſpoſitione Bullæ Leonis x. electus,
ordinem gubernauit anno 1. eodem Leone x. Pontifice à quo poſtea
S. R. E. præsbyter Card. creatus eſt.
44. Generalis, P. F. Franciſcus iiij. Lichetus, Brixienſis, prouinciæ,
1518 Brixiæ, in Capitulo Generali Lugdunenſi ij. electus, eodem Leone x.
ordinem gubernauit ann. ij.
45. Generalis, P. F. Paulus à Soncino, prouinciæ Mediolanenſis, in
1520 Capitulo Generali Carpenſi electus, eodē Leone x. ac deinde Adria-
no vj. ordinem gubernauit ann. iij.
✠ 46. Generalis, P. F. Franciſcus v. de Angelis, Hiſpanus, in Capitulo
1523 Generali Burgenſi electus, ordinē gubernauit ann. vj. Adriano vj. ac
deinde Clemente vij. à quo poſtea S. R. E. præsbyter Card. factus eſt.
47. Generalis, P. F. Ioannes v. de Parma Piſſotus, prouinciæ, Bono-
1528 niæ, in Capitulo generali Parmenſi electus, eodem Clemente vij.
Pont. ordinem gubernauit ann. iiij.
48. Generalis, P. F. Vincentius Lunellus, Hiſpanus, in Capitulo ge-
1534 nerali Nicen. electus, Paulo iij. Pont. ordinem gubernauit ann. vj.
49. Generalis, P. F. Ioannes vj. Caluus, prou. Corſicæ, in Cap. genera
1540 li Mantuano ij. electus, eodem Paulo iij. Pont. ordinem guber. ann. v.
50. Generalis, P. F. Andreas Inſulanus, Luſitanus, in Capitulo ge-
1547 nerali Aſſiſienſi x. electus, eodem Paulo iij. ac deinde Iulio item iij.
Pontt. ordinem gubernauit ann. vj.
✠ 51. Generalis, P. F. Clemens Monilianus, prouinciæ, Bononiæ, in
1553 Capitulo generali Salmantino electus, ordinem gubernauit ann. vj.
eodem Iulio iij. ac deinde Paulo iiij. Pontt. à quo poſtea S. R. E. præ-
sbyter Card. creatus eſt.
52. Generalis, P. F. Franciſcus vi. Zamorenſis, Hiſpanus, in Capitulo
1559 generali Aquilano electus, eodem Paulo iiii ac deinde Pio item iiii.
Pontt. ordinem gubernauit ann. vi.
53. Generalis, P. F. Aloyſius Puteus, prouinciæ, Bononiæ, in Capi-
1565 tulo generali Valiſoletano electus, eodem Pio iiii. ac deinde Pio v.
Pontt. ordinem gubernauit ann. vi.
✠ 54. Generalis, P. F. Chriſtophorus ii. de Capite fontium Britanus,
1571 prouinciæ Britaniæ, in Capitulo generali Rom. 7. electus, ordinem
gubernauit ann. viii. eodem Pio v. ac deinde Gregorio xiii. Domino
noſtro, à quo Archiepiſcopus Cæſarienſis creatus eſt.
55. Generalis, Reuerendiſſ. in Chriſto P. F. Franciſcus 7. Gonzaga,
Prouinciæ S. Antonij Miniſter, in Capitulo generali Pariſienſi 2.
1579 electus, ordinem ſanctiſſimè moderatur, eodem S. D. N. Gregorio
xiii. quos Deus conſeruare, & proſperare dignetur, ut ſub eorum fœ-
lici, ac ſancto regimine, Religio noſtra temporalibus non deſtitua-
tur auxiliis, & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis. Amen.

T A-

PATRVM QVI AB LEONE X.

In Prouincia Mediolanenſi Miniſteriatus officio functi ſunt.

Ex Decreto Congregationis Mediolanen. edita.

Frater Claudius Medulla, Prouinciæ Mediolanen. Ord. Min. S. Franciſci Reg. Obſeruantiæ, Miniſter, & ſeruus.

Dilectis Nobis in Chriſto, eiuſdem Ordinis, & Prouinciæ profeſſoribus, Piam Patrum memoriam.

QVOD nuper in congregatione Mediolanen. quã in Cõuentu noſtro S. Angeli poſtremò habuimus, cõmmuni Patrum cõſilio piè decreuimus, Tabellam Patrum, qui iam in hac Prouincia Miniſteriatus officio functi ſunt, Nos ſtudioſè quidem cõfecimus. Id uerò multis de cauſis, tum potiſsimùm excitandæ pietatis ratione. Vos igitur, hac pia Chriſtianæ charitatis recordatione excitati, Patrũ noſtrorum memores eſtote, & pias ad Deum preces pro illis effundite. Valete; Nosq; veſtris orationibus adiuuate. Ex Conuentu noſtro S. Mariæ Angelorũ Mediolani. Die 20. Iunij. 1581.

PRimus Miniſter, P. F. Bernardinus 1. Cruceus, vltimus à Concilio Conſtantienſi Vicarius prouincialis, ex diſpoſitione Bullæ
1517 Leonis x. declaratus, Chriſtophoro 1. de Foroliuij Generali, ac poſtea Cardinali, Prouinciam gubernauit anno 1.

2. Miniſter, P. F. Paulus 1. de Soncino, primùm Vicarius Generalis,
1518 poſtea in Cap. Soncinenſi 1. electus, Franciſco iiij. Licheto Brixienſi, Generali, Prou. gubern. an. 1. men. viij. ac deinde defuncto præfato Franciſco Licheto, Miniſter Generalis, in Cap. Generali Carpenſi electus, Leone x. & Adriano vj. Pontt. ordinem gubernauit ann. iij.

3. Miniſter, P. F. Bernardinus ij. Sanſon, Mediolanenſis, in Capitulo
1520 Mediolanenſi 1. electus, præfato Paulo Soncinate, Generali, Prouinciam gubernauit annis duobus.

4. Miniſter, P. F. Bernardinus Cruceus, in Capitulo Variſino 1 ſecun-
1522 dò electus, eodem Paulo Soncinate, ac deinde Franciſco v. de Angelis, Hiſpano, Generalibus, Prouinciam gubernauit ann. ij.

5. Miniſter, P. F. Angelus 1. Porrus, Mediolanen. in Cap. Soncinen. ij.
1524 electus, eodẽ Franciſco de Angelis, Generali, prou. gubern. ann. iij.

6. Miniſter, P. F. Hieronymus Guidus, Mediolanenſis, in Capitulo
1527 Vercellenſi 1. electus, eodem Franciſco de Angelis, ac deinde Ioanne v. Piſſoto, Parmenſi, Generalibus, prouinciam gubernauit ann. iij.

7. Miniſter, P. F. Ludouicus Saniulianus, Comenſis, in Capitulo Co-
1530 menſi electus, eodem Ioanne Generali, prouinciam gubernauit an. 1.

8. Miniſter, P. F. Franciſcus 1. Ponga, Comenſis, in Capitulo Variſino
1531 ij. electus, eodem Ioanne generali, Prou. adminiſtrauit ann. iij.

1534 9. Miniſter, P. F. Franciſcus ii. à Leuco, in Cap. Palantino electus,

Leonardo Vicario Generali, in Miniſterio vixit diebus xxvij.
10. Miniſter, P. F. Baptiſta Caſtilioneus, Mediolanen. in Cap. Medio
1534 lanen. ii. electus, eod. Leonardo Vicario, ac deinde Vincentio Lunel-
lo Hiſpano, Generalibus, Prouinciam adminiſtrauit ann. iii.
11. Miniſter, P. F. Franciſcus iii. Panigarola, Mediolanenſis, in Capi-
1537 tulo Mediolanenſi iii. electus, eodem Vincentio Lunello, Hiſpano,
Generali, prouinciam adminiſtrauit ann. iii.
12. Miniſter, P. F. Hieronymus Guidus, Mediolanen. in Cap. Mediola
1540 nen. iiii. ſecundò electus, Ioanne vj. Caluo, Gñali, Prou. guber. ann. iii.
13. Miniſter, P. F. Franciſcus Ponga, Comen. in Cap. Mediolanen. v.
1543 ſecundò electus, eodem Ioanne Caluo, ac deinde Clemente Moni-
liano, Vicario, Generalibus, Prouinciam gubernauit ann. iii.
14. Miniſter, P. F. Baptiſta Caſtilioneus, Mediolanen, ſecundò ele-
1546 ctus, in cap. Mediolanen. vj. eodem Clemente Moniliano, Vicario, ac
deinde Andrea Inſulano, Hiſpano, Generalibus, Prou. guber. ann iii.
15. Miniſter, P. F. Angelus, ii. Paranicinus, ab Herba, in cap. Mediola
1549 nen. vii. electus, eodẽ Andrea Inſulano, Generali, Prou. guber. ann. iii.
1552 16. Miniſter, P. F. Franciſcus Ponga, Comenſis, tertiò electus, in Ca-
pitulo Variſino iii. eodem Andrea, ac deinde Clemente Moniliano,
Generalibus, Prouinciam gubernauit ann. iii.
1555 17. Miniſter, P. F. Petrus Vercellen. in cap. Legnanen. i. electus, eodẽ
Clemente Monil. generali, ac deinde Card. prou. guber. an. i. & obijt.
18. Miniſter, P. F. Franciſcus iiii. Martignonus, Mediolanen. in capit.
1556 Legnanen. ii. electus, eod. Clemente Cardinali, prou. guber. ann. iii.
19. Miniſter, P. F. Auguſtinus Aduocatus, à Ciridonio, Vercellenſis,
1559 in capitulo Mediolanenſi viii. electus, Franciſco vi. Zamorenſi, Hi-
ſpano, Generali, prouinciam gubernauit ann. iii.
20. Miniſter, P. F. Cherubinus Paranicinus, ab Herba, in cap. Legna-
1562 nen. iii electus, eodem Franc. Zamoren. Generali, prou. guber. ann. iii.
21. Miniſter, P. F. Ioannes i. Aduocatus, Nouarienſis, in capitulo Me
1565 diolanenſi ix. electus, eodem Franciſco Zamorenſi, ac deinde Aloy-
ſio Puteo, Generalibus, prouinciam gubernauit ann. iii.
22. Miniſter, P. F. Paulus ii. à Burgomanerio, in cap. Mediolanẽ. x. ele
1568 ctus, eodẽ Aloyſio Puteo, gñali, prou. guber. ann. ii. uel circa, & obiit.
23. Miniſter, P. F. Bonauentura Dulcius, Brixienſis, ab Vrceis nouis,
in prouincia Sancti Bartholomei, ac deinde Raguſina, primum Mini
1571 ſteriatus officio functus, in capitulo Mediolanenſi xi. electus, eodem
Aloyſio Puteo, ac deinde Chriſtophoro ii. de capite fontium, Bri-
tano, Generalibus, prouinciam gubernauit ann. iii.
24. Miniſter, P. F. Ioannes Aduocatus, Nouarienſis, in capitulo Me-
1574 diolanenſi xii. ſecundò electus, eodem Chriſtophoro de capite fon-
tium, Generali, prouinciam gubernauit an. i. men. iii & renunciauit.
25. Miniſter, P. F. Ioannes ii. Vicecomes, Mediolanenſis, in Capitulo
1575 Mediolanenſi xiii. electus, eodem Chriſtophoro Generali, prouin-
ciam gubernauit anno i. menſibus viii & obiit.
26. Miniſter, P. F. Claudius Medulla, Mediolanenſis, in Capitulo
1578 Viglenanenſi ii. electus, eodem Chriſtophoro, De Capite fontium,
ac deinde Franciſco vii. Gonzaga, Miniſtro Generali optimo, prouin
ciam gubernat, ac moderatur.

TA-

TABELLA
COLORVM QVI SINGVLIS DIEBVS

Ex Sanctæ Matris Eccleſiæ inſtituto.

PRO OFFICII RATIONE

in Sacris indumentis adhibentur.

Ex Decreto Congregationis Mediolanen. R. P. Fratris Claudij Medullæ eiuſdem Prouinciæ Miniſtri iuſſu, Confecta.

Paramenta altaris, celebrantis, & Miniſtrorum, coloris conuenientis officio, & Miſſæ diei, eſſe debent, ſecundum uſum S.R.E. Quæ quinque coloribus uti conſueuit.

Albo, Rubeo, Viridi, Violaceo, & Nigro.

De Albo Colore.

Albo colore utitur S. R. E. à Veſperis uigiliæ Natiuitatis Domini, uſque ad octauam Epiphaniæ incluſiuè, exceptis feſtis Martyrum, quæ infra eam ueniunt.

Fer. v. in Cœna Domini.

Sabbatho ſancto, in officio Miſſæ.

Et ab illo die uſque ad Sabbathum Pentecoſtes excluſiuè in officio de tempore tantùm, præterquam in Miſſa Litaniarum, & Rogationum.

In feſtis Beatæ Mariæ, & per eius Octauas, necnon & in eius Miſſis uotiuis, præterquam in Benedictione Candelarum, & proceſſione, quæ fit in feſto Purificationis Virginis Mariæ.

In Miſſa Sanctæ Trinitatis.

In feſto Corporis Chriſti.

In feſtis Angelorum.

In feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ.

In feſto omnium Sanctorum.

In feſto Sancti Ioannis Euangeliſtæ, quod celebratur infra Octauam Natiuitatis Domini.

In utraque Cathedra Sancti Petri.

In conuerſione Sancti Pauli.

In feſto Sancti Petri ad vincula.

In feſto Transfigurationis Domini.

In feſtis Confeſſorum Pontt. non Pontt. & Doctorum.

In feſtis Virginum, & non Virginum.

In Conſecratione, & Dedicatione Eccleſiæ.

In Conſecratione Pontificis.

Et per octauas prædictorum feſtorum, quæ, octauas habent, quando fit officium de Octaua.

Item in Dominicis infra eas per annum occurrentibus.

RVbeo colore vtitur; à vigilia Pentecoſtes in Miſſa, vſque ad Sabbathum ſequens incluſiuè.
In feſtis Sanctæ Crucis.
In feſto Sancti Ioannis ante portam latinam.
In Natali Apoſtolorum Petri, & Pauli.
In feſtis aliorum Apoſtolorum, ſupradictis exceptis.
In feſtis Martyrum.
In feſto ſanctorum Innocentum, quando uenerit in Dominica, & in eius die Octaua.
In feſto ſtigmatum ſeraphici Patris noſtri Franciſci.
Per Octauas prædictorum feſtorum, quæ octauas habent, quando fit de octaua.
Item in Dominicis per annum infra eas octauas occurrentibus.

De Viridi Colore.

VIridi colore vtitur, ab octaua Epiphaniæ, vſque ad Septuageſimam excluſiuè.
Ab Octaua Pentecoſtes, uſque ad Aduentum excluſiuè in officio de tempore, excepta Dominica Trinitatis, ut ſupra. Ac exceptis Dominicis infra octauas occurrentibus, in quibus color octauarum ſeruatur, exceptis etiam vigilijs, & quattuor temporibus ut infra.

De Violaceo Colore.

VIolaceo colore utitur à prima Dominica Aduentus, uſque ad Miſſam uigiliæ Natiuitatis Domini incluſiuè, in officio de tempore.
A Septuageſima uſque ad officium ante Miſſam Sabbathi ſancti incluſiuè, in officio de tempore. Excipitur Fer. v. in Cœna Domini, in qua utitur Albo, & Fer. vi. in Paraſceue, in qua utitur Nigro, & benedictio cerei, in qua Diaconus ſolus, illius Præfationem cantans, utitur Albo.
In officio vigiliæ Pentecoſtes ante Miſſam, facta benedictione fontium incluſiuè.
In quattuor temporibus, exceptis quattuor temporibus Pentecoſtes.
In Vigilijs, quæ ieiunantur, excepta uigilia Pentecoſtes.
In Miſſa litaniarum, & Rogationum.
In feſto ſanctorum Innocentum, quando non uenerit in Dominica.
In Benedictione Candelarum in die Purificationis Beatæ Mariæ; ac eius Proceſſione.
In Dominica Palmarum, ac in earum benedictione, & proceſſione.
In omnibus, & ſingulis Proceſſionibus, exceptis proceſſionibus Sancti Sacramenti, & alijs quæ fiunt in ſolemnibus diebus.

De

Nigro colore utitur S.R E. Feria ſexta in Paraſceue. Et Generaliter in omnibus Miſſis, & officijs Defunctorum.

De Planeta.

IN officio Miſſæ celebrans ſemper utitur Planeta ſuper Albam; ſi uerò ſit epiſcopus, & ſolenniter celebrat, ſuper Dalmatica, & Tunicella.

De Pluuiali.

PLuuiali vtitur in Proceſſionibus, & Benedictionibus, quæ fiunt in Altari.

In officio laudum, & Veſperarum, quando ſolenniter dicuntur.

Eodem vtitur Aſſiſtens celebranti, in Miſſa Pontificali.

Quando celebrans poſt Miſſam Defunctorum facit in fine abſolutionem.

Cùm celebrans vtitur Pluuiali, ſemper deponit manipulum. Et ubi Pluuiale haberi non poteſt, in Benedictionibus, quæ fiunt in Altari, celebrans ſtat ſine Planeta, cum Alba, & Stola.

De Dalmatica, & Tunicella.

DAlmatica, & Tunicella utuntur Diaconus, & Subdiaconus in Miſſa ſolenni, & Proceſſionibus, & Benedictionibus, quandocunque Sacerdoti miniſtrant.

In cathedralibus uerò, & collegiatis Eccleſijs, In diebus ieiuniorum, & in Dominicis, & ferijs Aduentus, & Quadrageſimæ, ac in vigilia Pentecoſtes ante Miſſam, utuntur Planetis plicatis ante pectus, Quam planetam Diaconus poſtea dimitit, cùm lecturus eſt Euangelium. Et tunc ſeper ſiniſtrum humerum ſuper ſtolam complicatur. Aut ponitur aliud genus ſtolæ latioris in modum planetæ plicatæ, & facta communione reſumit Planetam ſicut priùs

Similiter Subdiaconus dimittit eam cùm lecturus eſt Epiſtolam, quam legit in Albis. Et poſtea eam reſumit, ut priùs.

In Minoribus uerò Eccleſijs, prædictis diebus ieiuniorum, Alba tantùm amicti miniſtrant. Subdiaconus cum manipulo: Diaconus cum manipulo, & ſtola ab humero dextro ſub ſiniſtrum tunc temporis pendente.

Excipiuntur tamen uigiliæ ſanctorum, Dominica Gaudete, quæ eſt tertia Aduentus (etiam ſi eius Miſſa infra hebdomadam repetatur) Dominica lætare, quæ eſt quarta Quadrageſimæ, uigilia Natiuitatis Domini. Sabbathum Sanctum in Benedictione Cerei. & in Miſſa: Et quattuor tempora Pentecoſtes, in quibus diebus, Diaconus, & Subdiaconus uti ſemper debent Tunicellis, & nunquam eas deponere.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

DVm opus hoc imprimeretur, quædam au-ctoris ad manus noſtras deuenerunt, nota tu digna, quæ ſtudio iuuandæ poſteritatis in unum collecta typis imprimere, & in lucem emittere uoluimus. Vale.

Pro inſtituendis Procuratoribus.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA,

Prouinciæ Mediolanen. Ord. Min. S. Franciſci Reg. Obſ. Miniſter, & ſeruus.

EX inſtituto, quod ſanctè profitemur, cùm omnium rerum temporalium, poſſeſſio, dominium, proprietasque, Nobis euangelicæ paupertatis ſectatoribus (ſimplici dumtaxat earum uſu permiſſo, & conceſſo) penitus interdicta ſint; ita ut nec contra detinentes bona, fratribus noſtris liberaliter elargita, uel quomodolibet in ultimis uoluntatibus, pia fidelium deuotione legata, in iudicio, uel extra iudiciũ, agere ualeamus, cùm tamen pijs fidelium ſubſidijs, uitę ſuſtentationi neceſſariis nec carere, nec fraudari debeamus: Idcirco Sacroſancta Romána Eccleſia, ſeu eiuſdem ſanctiſſimæ ſedis Apoſtolicæ, Sanctiſſimi, Maximique Pontifices, pio ac paterno affectu, fratrum conſcientiis, & neceſſitatibus opportunè conſulére uolentes, omnium earum rerum temporalium, quæ humanæ uitæ ſuſtentationi, opportunæ ſunt, dominium, poſſeſſionem, iuriſdictionem, & proprietatem, in ſeſe recipientes, ipſarum uerò uſum, Religioni, & fratribus eiuſdem profeſſoribus tantummodo relinquentes, ut eiſdem licitè, & commodè uti ualerent; Procuratores Apoſtolicos, penes quos proprietas, ius, & dominium huiuſmodi bonorum ſit, inſtituendos eſſe, ac debere declararunt; & eorum inſtitutionem, ſeu nominationem, ordini, ſeu prælatis eiuſdem ordinis pro tempore curam habentibus conceſſerunt. Nos igitur, qui diuina diſpoſitione, huiuſce Mediolanen. prouinciæ Miniſterij curam ſuſcepimus, ad quos ue ſpectat, procuratores huiuſmodi, Iconomos, ſiue Syndicos, in ſingulis conuentibus noſtris, atque in uniuerſa prouincia, curæ ac miniſterio noſtro commiſſa, pro fratribus & ſororibus, prouidentiæ, ac uigilantiæ noſtræ concreditis, eligere, nominare, ſeu nominatos inſtituere: D. T. quam nobis, & fratribus noſtris, ac ſororibus, pia deuotione affectam, certa relatione cognouimus, Nomine & auctoritate S. R. E. Nobis in hac parte com-

miſſa,

miſſa,iuxta ſummorum pontificum declarationes, indulta, concesſiones, & priuilegia,Maximè autem ſecundum declarationem,ſtatutum,& priuilegium fel.rec.Martini papæ V, in litteris in forma breuis, datis in urbe ueteri,ſub die 15.Februarij pontificatus ſui anno ſecundo,expreſſum; Verum,& legitimum procuratorem,Iconomum,ſiue ſyndicum, tàm fratrũ, quàm Monialium totius prouinciæ Nobis commiſſæ,præſertim uerò conuentus,ſiue monaſterij noſtri S. N. nominamus,atque inſtituimus, nominatumq; per præſentes,atque inſtitutum declaramus, ad agendum,defendendum,exigendum,paciſcendum,proponendum,excipiendum,compromittendum,emendum,uendendum,dandum,& recipiendum,& generaliter ad omnia alia dicendum,& faciendum,quæ ueri, & legitimi procuratores,Iconomi,ſiue ſyndici,de iure,uſu,uel conſuetudine, dicere & facere poſſunt,& hactenus potuerũt, & prout in præfatis litteris ampliùs continetur. Vt uerò in præmisſis uel circa præmiſſa labor, & ſtudium D. T. præmij ſolatio ſubleuetur, ac digna mercede compenſetur altisſimam paupertatem profitentes,cùm id temporalibus bonis præſtare non posſimus, ſpiritualibus tamen muneribus pro modo gratiæ Dei, quo maiori poſſumus,proſequemur affectu.Ideo D.T necnon & totam familiam tuã, in conſortiũ & confraternitatem noſtram,in uita pariter & in morte recipientes,omnibus priuilegijs,gratijs,fauoribus,indultis, muneribus,indulgentijs, & alijs ſpiritualibus bonis pro huiuſmodi procurationibus iamdudum impetratis,aut in poſterum impetrandis,uti, frui, & gaudere uolumus,atq; apoſtolica auctoritate, qua eiuſdem S. ſedis apoſtolicæ benignitate,in hac parte fungimur,liberaliter concedimus,plenamq; uobis participationem omnium ſpiritualium bonorum,Miſſarum uidelicet,orationum,ſuffragiorum,diuinorum officiorum,ieiuniorum,abſtinentiarum, pœnitentiarum,peregrinationum,prędicationum,lectionum,meditationum,obſeruantiarum,deuotionum,& omnium aliorum bonorum,quæ in uniuerſa prouincia peraguntur,& quæ diuina clementia acceptare dignabitur,totoq; ac intimo cordis affectu elargimur,ut multiplici ſuffragiorum adiuti præſidio, & in præſenti diuinarum gratiarum incrementa recipere,& in futuro æternæ gloriæ præmium poſſidere mereamini. In quorũ fidem præſentes iuſſu noſtro confectas, atq; officij noſtri maiori ſigillo munitas,propria manu ſignauimus,in conuentu noſtro S. N.

Pro ſuffragijs Communicandis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA.
Prouinciæ Mediolanen. Ord. Min. Reg. obſ. Miniſter & ſeruus.

EA eſt in Religionem noſtram ſanctæ ſedis apoſtolicæ benignitas,ut nobis etiam benignè conferat, quo debita noſtra copioſè quidem perſoluamus. Nam cùm ob omnium bonorum temporalium volũtariam abdicationem, Benefactoribus noſtris uices rependere non posſimus;Generalem, prouincialesq; Miniſtros,illum quidem in uniuerſa Religione, hos uerò in ſua quemq; prouincia, ut indulgentias,& alias ſpiritales gratias,Religionis noſtræ profeſſoribus cõceſſas,eiſdem Benefactoribus noſtris,procuratoribus item, ac Religioni affectis,concedere ualerent, ampliſsima facultate donauit; quatenus qui

nobis temporalia bona charitatiuè ſubminiſtrant,uel altiſsimam,ſanctiſſimamq; paupertatem noſtram quoquomodo adiuuant, ſpiritualibus bonis in centuplum remunerentur. Nos igitur, qui diuina diſpoſitione, in Prouincia Mediolanen. Miniſteriatus officio fungimur, uos prænominatos omnes,& ſingulos ſeraphicæ Religioni noſtræ, & eiuſdem profeſſoribus,pia deuotione,& animi pietate, mirè affectos,in conſortium,& cōfraternitatem noſtram,in uita pariter & in morte benignè recipimus: atque omnium bonorum ſpiritualium,gratiarum,priuilegiorum,ſuffragiorum,indulgentiarum,diuinorum officiorum,miſſarum, orationum, ieiuniorum,abſtinentiarum,diſciplinarum,pœnitentiarum, peregrinationū, inſpirationum,prædicationum,lectionum, meditationum, obſeruantiarum,deuotionum,& omnium aliorum ſpiritualium bonorum, auctoritate Apoſtolica, qua eiuſdem ſanctæ ſedis Apoſtolicæ benignitate, in hac parte fungimur, tenore præſentium participes efficimus. Quæ omnia & per Nos ac fratres noſtros operari, & pro uobis acceptare dignetur clementia ſaluatoris dei noſtri, ut multiplici ſuffragiorum adiuti præſidio, & in præſenti diuinæ gratiæ incrementa recipere, & in futuro æternæ gloriæ,æterna præmia mereamini poſſidere.

Pro ſæcularibus ad Religionem recipiendis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA.
Prouinciæ Mediolan.Ord.Min. S Franciſci Reg.Obſ.
Miniſter & ſeruus.

Dilecto nobis in chriſto N. N. eiuſdem Ord. & prou. N. N. in conuentu noſtro S. N. N. ut dicti conuentus Diſcretos arbitrio ſuo conuocare,& unà cum eis Dilectum Nobis in Chriſto filium N. N. fidelem, catholicum,genere,perſona,ætateque idoneum,non ſuſpectum,liberum, ſolutum,expeditum, legitimè natum, in Religione noſtra ad probationis habitum pro N. admitti piè cupientem,humiliterq; petentē, iam per Nos diligenter examinatum & approbatum, iterum diligentiùs examinare,ac ſi eum omnibus ijs partibus,& qualitatibus,quæ & Regula, & Maiorum noſtrorum conſtitutionibus,& Decretis, præſertim uerò ſanctionibus Apoſtolicis,in capitulo generali valiſoletano promulgatis,idoneum eſſe repererint,& iudicarint,probationis habitu, arbitrio ſuo condonare poſſit,& ualeat,per præſentes facultatem concedimus,& impertimur. Cæterùm quæ Nos Decretis noſtris hac de re latis ſeruanda præſcripſimus, ſingula ritè,accuratèq; ſeruentur, atq; omnia diligenter ad præſcriptam Decretorum noſtrorum rationem,fide ſcriptis exaratam,Nobis quamprimùm ſignificentur,quatenus per Nos,uel iuſſu noſtro memoria fiat in libro,hoc nomine ſpecialiter iam confecto,& in Archiuio prouinciæ perpetuò aſſeruando. In quorum fidem præſentes propriâ manu ſignauimus.

Pro Nouitijs ad Profeſſionem admittendis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA.
Prouinciæ Mediolanen.Ord. Min.S.Franciſci Reg.Obſ.Miniſter & ſeruus.

Dilecto Nobis in Chriſto N. N. eiuſdem Ord & prou. N. N. in Conuentu noſtro S. N. N. ut dicti Conuentus Capitulum arbitrio ſuo conuocare,in eoque fratribus Capitulariter congregatis, Dilectum Nobis in Chriſto filium N. N. iam ad probationis habitum,noſtro conceſſu admiſſum,

admiſſum,nunc uerò,præſcripto probationis tempore,in eodem Conuentu expleto,ad Religionis,& Regularis uitæ inſtitutum, quod nos profitemur,profeſſionemque ſolemniter emittendam,admitti piè cupientem, humiliterq; petentem,proponere,& ſi nihil canonicum obſtiterit,duasq; ex tribus partibus ſuffragiorum tulerit,ſcrutinio ſecreto, admittere poſſit,& ualeat;ijs noſtris facultatem concedimus, & elargimur. Porrò omnia,& ſingula,quæ & Regula,& Maiorum noſtrorum conſtitutionibus,& Decretis noſtris, nec non Reuerendiſſimi patris noſtri Generalis Miniſtri ſanctionibus,hac de re latis,ſeruanda præſcripta ſunt, ut accuratè,ritèq; ante ſeruentur, Nos pro miniſterii noſtri debitò id expreſsè monemus,atque adeo mandamus.Profeſsionis autem,Diei,Menſis,& Anni,quo facta fuerit,nominis item,cognominis,& patriç, ætatisq; profitentis memoria fiat in libro, ad huiuſmodi uſum iuſſu noſtro iam inſtituto, & in Archiuio Conuentus perpetuò aſſeruando. Tùm de ijs omnibus ad Decretorum noſtrorum præſcriptum,Nos quamprimùm admoneri mandamus.In quorum fidem præſentes propria manu ſignauimus.

Pro Clericis initiandis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA,

Prouinciæ Mediolanenſis Ord. Min.S.Franciſci dè Obſer. Dei, & Religionis gratia Miniſter,& ſeruus,Catholico,ac Reuerendiſſimo.D.D Epiſcopo cum ſancta Romana Eccleſia gratiam, & communionem habenti, ueram fœlicitatem,& Eccleſiæ ſuæ tranquillitatem,& pacem.

Reuerendiſſimam Dominationem ueſtram, ijs noſtris humili ſupplicatione rogamus, & obſecramus in Dño, vt Dilectum nobis in Chriſto fratrem N.N.præſentium latorem,Regularis obſeruantiæ noſtrę ſolenni votò profeſſorem,clericum,moribus,& vita probatum, ætatis annorũ N. legitimè natum,nulla vulgari infamia notatum,per Dominum Epiſcopũ Vercellenſem,ſacro ſubdiaconatus ordine conſecratum, per Patres à Nobis ad hoc ſpecialiter deputatos examinatum,ad ſacrum Diaconatus ordinem promouere,& de hoc fidem ſcriptam Nobis exhibendam,eidem fieri,mandare dignetur.Nos enim ob id,gratitudinis debito, pro Reuerendiſſimæ Dominationis veſtræ tranquilliori ſtatu,ac uera felicitate Deum exoratum iri facere non deficiemus.Sic eam Deus diù ſeruet incolumem. Dat.Mediolani in conuentu noſtro S.Angeli die 15. Nouembris 1580.

Pro Confeſſarijs fratrum inſtituendis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA,

Prouinciæ Mediolanen. Ord.Min.S.Franciſci Reg.Obſ. Miniſter, & ſeruus,

Dilecto nobis in Chriſto N N.eiuſdem Ord & Prou.ſacerdoti,peccatorum veniam,& pacem. Tibi moribus,& uita probato,genere,perſona, ætateq; idoneo, ad audiendas fratrum confeſſiones, diligenti examine præuio,per Nos approbato;ijs noſtris facultatem concedimus,eos fratres audiendi,à peccatis abſoluendi ac pœnitentiam ſalutarem eiſdem imponendi,qui ad te hac ratione acceſſerint. Porrò ne huiuſmodi poteſtate, in ſalutem animarum,in ædificationem corporis Chriſti tibi à Nobis da

ta, perperam, ac pernitioſè, ſed ritè, ac rectè utaris, pro muneris noſtri ra-
tione te admonemus, ut Bullam S D. N. quæ in ſingulos annos, in die Cę
næ Domini legitur, ſacrorum canonum item, caſuumque reſeruatorum
Tabellas ad manus ſemper habeas, ab eorumque præſcripta ratione om-
nino ne diſcedas, ſed omnia, quæ ſeruanda uideris, diligenter, & accuratè
ſerues. Vbi abſoluendi facultatem tibimet interdictam agnoueris, tunc pę
nitentes ſtudioſè cohorteris, ac omni ratione inducas, ut ad eum feſtinè
accedant, qui neceſſariam abſoluendi facultatem habeat. Quos uerò ab-
ſoluēdos iudicaueris, hos omni Chriſtianæ pietatis ſtudio ad reſipiſcen
tiam inducas, ab iniquitate reuoces, à uitijs efficaciter coerceas, ad uirtu-
tes ſuauiter incendas; potiſſimùm uerò opportunè inſtes, & urgeas, ut exa
ctè, ac diligenter ſeruent, quæ chriſtianè, ac religioſe profitentur. Sic de-
niq; omnium ſaluti ſtudioſè cōſulas, ut hoc Apoſtolicæ ſeruitutis mini-
ſterium omnibus fructuoſum ſit. Caueasque poſtremò ne dùm aliorum
ſaluti ſtudes, tibi damnationem acquiras, ac dum alijs opém impendere
uelis, tibi exitium pares. Quod Deus auertat, ac Nos à peccatis immu-
nes ſemper ſeruet. Dat.

Pro Confeſſarijs ſæcularium inſtituendis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA,
Prouinciæ Mediolanen. Ord. Min. S. Franciſci de Obſeruantia, Dei & Re
ligionis gratia Miniſter, & ſeruus. Catholico, ac Reuerendiſſimo D. D.
Epiſcopo cum ſancta Romana Eccleſia gratiam & communionem haben
ti, ueram fœlicitatem, & Eccleſiæ ſuæ tranquillitatem, & pacem.

CVm Dei, ac Sanctæ ſedis Apoſtolicæ benignitate, in ſalutem animarū,
ipſius Dei, & Epiſcoporum coadiutores ſimus: iccirco quod Miniſterij
noſtri ratio poſtulat, Chriſtianæ charitatis ſtudio illecti; Reuerendiſſi-
mæ Dominationi ueſtræ auxilium ſuper hoc præſtare cupientes; dilectum
nobis in Chriſto, N. N. præſentium latorem, Regularis obſeruantiæ no-
ſtræ profeſſorem, ſacerdotem, moribus, & vita probatum, ætatis annorum
40 per Patres à Nobis ad hoc ſpecialiter deputatos examinatum, ad Re-
uerendiſſimam Dominationem ueſtram cum merito ſalutaris obedien-
tiæ, Tenore præſentium, dirigimus, ut ab ea maturè approbatus, ſacras ſe-
cularium confeſſiones in Diœceſi ueſtra licitè audire poſſit. Porrò Do-
minationem ueſtram ijs noſtris humiliter deprecamur, ut illum benignè
ſuſcipere, libenter audire, & huiuſmodi facultatem, ſi ita ſibi placuerit, &
expedire uidebitur, ei gratis concedere dignetur. Nos enim benignitatis,
& humanitatis ſuæ memores, Deum exoratū iri facere non deficiemus, ut
eam diù ſeruet inc lumem. Dat. Mediolani in conuentu noſtro S. Ange-
li Die 15. Nouembris 1580.

Pro Caſibus reſeruatis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA,
Ordinis Minorum de Obſ. Prouinciæ Mediolanen. Miniſter, & ſeruus.
Dilectis nobis in Chriſto Fratribus eiuſdem Ordinis, & Prouinciæ Sa-
cerdotibus Confeſſarijs, ſalutem, & pacem.

QVemadmodum in Eccleſia Dei quorumdam delictorum abſolutio re
ſeruatur Sanctiſs. Romano Pont. quorumdam uerò Epiſcopis, alijsue

Eccleſiæ Prælatis, vt ſic ſalubriùs Chriſtifidelium ſaluti conſulatur, dum ipſi hac animaduerſione ſalutari, delictorum grauitatem conſiderantes, ab ijſdem perpetrandis deterriti uehementer, efficaciùs cohibentur: Quòd ut ſalutare remedium, Chriſtifidelibus opportunum, Sanctiſs. Patrum iudicio, atq; ſententia probatum, ſacroſancta etiam Tridentina Synodus laudauit, approbauit, & confirmauit: Sic & in hac noſtra Religione Seraphica pari ratione quorumdã abſolutionem Reuerendiſs. Patri Miniſtro, Commiſſarioue Generalibus; quorumdam uerò aliorum Miniſtris Prouincialibus ſeruatam agnouimus. Idcirco, & nos conſuetudini huic laudabili, uetuſtiſsimæ, ac ſalutari, Maiorum noſtrorum Decretis, Conſtitutionibuſue generalibus, firmiter inhærendo; Tabellam hanc caſuum, quorum abſolutio nobis communi, & arbitrario iure ſeruatur; imprimi, & in lucem emiſſam uobis omnibus ſignificari curauimus, ut à quibus abſtinere, uel abſoluere poſsit unuſquiſque ueſtrum luculenter agnoſcat. Inhibentes ſub pœnis excommunicationis, & carceris, ne quis ad hæc temerè manum extendat, nec ullis his criminibus, quæ infra ordine deſcribentur, alligatum abſoluat, niſi fortè id ſibi muneris fuerit à nobis delegatum. Admonentes abſolutionem huiuſmodi nullam eſſe, nulliuſque uirtutis, & efficaciæ. Valete in Domino, qui nos, & uos omnes diù conſeruet incolumes, & à peccatis immunes. Mediolani ex Conuentu noſtro ſancti Angeli. Die 20. Octobris 1578.

Pro Caſibus Reſeruatis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA, Mediolanenſis Prouinciæ, Ordinis Min. de Obſer. Miniſter, & ſeruus. Dilectis nobis in Chriſto eiuſdem Ord. & Prouinciæ Sacerdotibus Confeſſarijs peccatorum ueniam, & pacem.

EX Decreto Generalis Capituli Pariſienſis, Tabellam Caſuum, quos pro Dei gloria, animarumue ſalute; Nobis reſeruari expedire iudicauimus: anno ſuperiori confectam, ac iuſſu noſtro Typis impreſſam, in Prouinciali Capitulo noſtro Modoetiæ, in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum, ſub die 22. Aprilis proximè præteriti coacto; promulgari curauimus. Quoniam uerò pro Temporum uarietate expedit, eoſdem caſus, eadem, qua reſeruantur, ratione, quandoque mutari; idcirco, quos hoc anno Nobis reſeruamus, hos uobis hac Tabella ordine deſcriptos ſignificamus, & promulgamus. Porrò ne quis ueſtrum quemquam ijs criminum uinculis alligatum abſoluat, niſi facultate à nobis ſcripto accepta, ſub grauiſsimis pœnis legibus conſtitutis diſtrictè prohibemus. Hanc uerò caſuum reſeruationem, & promulgationem, tamdiù, quoad altera facta fuerit, ualere, roburq;, ac uim habere decernimus. Priorem autem alterã penitus abolemus, & caſſamus, abolitamue, & caſſam omnino eſſe iam ex nunc declaramus. Valete in Domino, qui Nos, & Vos diù ſeruet incolumes, & à peccatis immunes.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA, Prouinciæ Mediolanenſis, Ord.Min. S. Franciſci de Obſeruantia Miniſter,& ſeruus.DILECTO Nobis in Chriſto N. N. ſalutem, at Zelum DEI ſecundum ſcientiam.

COmmuni Patrum Conſilio,& aſſenſu, Te,moribus & uita probatum, Sanctæ Obſeruantiæ Zelo mirè affectum,Regularis diſciplinę ſtudioſum, in Conuentu noſtro S.N.N.Guardianum,iuxta Regulares, & Apoſtolicas ſanctiones ritè,canonicèque electum,tenore præſentium approbamus,& confirmamus.Concedentes tibi plenam, ac liberam poteſtatē, & facultatem ad hoc munus ritè obeundum neceſſariam,& opportunam. Præcipientes in uirtute Sanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis Fratribus tuæ Curæ commiſsis, ut quemadmodum tenentur, tibi promptè, ac ſtudioſè pareant. Te uerò pro Miniſterii noſtri ratione id primùm admonemus, ut quæ ſint officij tui munera attentè conſideres, ne quid per incuriam,aut aliàs negligenter prætermittas, uel perniciosè,aut damnabiliter admittas. Animarum quippe curam ſuſcepiſti, de quibus ſanè te ſupremo iudici rationem exactiſsimè redditurum non ignoras. Idcirco eſto uigilans,& Fratres tuos ſolidè confirmes,& informes diligenter.In obſeruantia mandatorum DEI, ac Beatiſsimi Patris noſtri Franciſci eos omni ratione ſalubriter contineas; ad DIUINUM Amorem efficaciter incendas, ad Pietatem ſuauiter horteris Vt fraterna Pax,& Concordia inter eos perpetuò conſeruetur,ſtudioſè labores. DOCTRINÆ opportunitatē, & ueritate,infirma confirmes, diſrupta conſolides,deprauata conuertas; & uerbum uitæ in æternitatis cibum alendæ familiæ ſalutariter diſpendas.Fratrum tuorum commoda,atque utilitates,quoad fieri poterit,charitatiuè procures. Illos crebris cohortationibus paternè admoneas, ut mutua Charitate ſe proſequantur,paupertatem ſeruent, puritatem cuſtodiant,exemplari uitæ conuerſatione populos ędificent;ad perfectionemque uirtutum omnium contendant: ſiquidem qui Religionem ſuſceperunt,niſi ad ſummum illum gradum pro uiribus peruenire conentur,minus ſanè efficiunt,quàm debent, pro uitæ, & Religionis inſtituto, quod profitentur: In omnibus præterea teipſum bonorum operum præbeas exemplum,in doctrina,in integritate, in grauitate.Nam ſi ijs uirtutibus, ſtudijs, & laboribus laudabiliter immorans deprehendaris, gratiam, & gloriam à DÑO conſequeris. Poſtremò quæ tibi & Maiorum noſtrorum Conſtitutionibus,& DECRETIS noſtris ſeruāda ſignificauimus,accuratè ſerues,& ſeruari facias diligenter,rationē alioquin tibi diſtrictè reddendā eſſe memineris. Beneualeas in DÑO,quē pro nobis exoratū iri facias.DAT.

Pro Confeſſarijs Monialium deputandis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA, Prouinciæ Mediolanenſis, Ord Min.S. Franciſci de Obſeruantia Miniſter,& ſeruus.DILECTO Nobis in Chriſto Venerādo Patri Fratri N.N.eiuſdem Ordinis,& Prouinciæ N.N Sacerdoti Confeſſario,ſalutē, & pacem.

TE moribus,& uita probatum,per Nos,ac Venerandos Patres DIFFINITORES, in Prouinciali Capitulo proximè in Conuentu noſtro S. Mariæ

Oratiarum apud Modoetiam canonicè celebrato, Sanctimonialium noſtrarum S. Apollinaris Mediol. Confeſſarium electum,& inſtitutum, tenore præſentium confirmamus,& approbamus. Concedentes tibi auctoritatem,& facultatem præfati Monaſterij Sãctimonialibus adminiſtrandi ſacroſancta Eccleſiæ Sacramenta;& ob id quotieſcunque caſus urgentis neceſsitatis ita poſtularit, eiuſdem Monaſterij ſepta ingrediendi,& generaliter omnia,& ſingula peragendi, & exequendi, quæ, & ipſarum Regula,& Priuilegijs Apoſtolicis,Confeſſariis huiuſmodi facere,& exequi permittitur,& conceditur, iuxta tamen noſtri ordinis, & Maiorum noſtrorum ſtatuta generalia,& Prouincialia, ac alia mandata noſtra,ſpecialiter per Nos deſuper confecta. Te uerò obnixè rogamus & admonemus,ac uehementer hortamur in Domino,ut omni pietatis, & Chriſtianæ charitatis ſtudio earum ſaluti, & decori diligenter intendas, eaſdem ſedulò,ac ſalutariter admoneas, ut ſanctæ Humilitatis, Paupertatis, & Virginitatis propoſitum,cæteraque ſanctæ Religionis, ac Regularis obſeruãtiæ uota inuiolabiliter obſeruent;præſertim uerò,quæ,& ſacri Concilij Tridentini, & Sanctiſs. Dñi noſtri Conſtitutionibus, & Decretis de clauſura cuſtodienda,ſanctè,ac ſalubriter ſancita ſunt, quę,tu quoque nulla ratione prętermittas,ſed exactiſsimè,accuratèq; obſerues,ne cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas,necnõ,& alias nři ordinis, ob id meritò incurras.

Poſtremò præcipimus in uirtute ſanctæ obedientiæ omnibus,& ſingulis præfati Monaſterij ſororibus noſtris; ut tibi obediãt in omnibus,quæ, tuum officium ſpectare dignoſcuntur. Te audiant libenter,pijs adhortationibus,ac monitis ſalutaribus diligenter intendant, ut hac ratione earum ſponſo,ac Domino noſtro Ieſu Chriſto in humilitate, magis ſic placeant,ſanctæ Paupertatis, & uirginitatis ſacrificium eidem gratiùs offerant,ijs uirtutibus,& gemmis decenter ornatæ, cum lampadibus non uacuis ipſimet alacriter occurrentes, Ianuam regni cœleſtis, ut prudentes uirgines ingredi cum eo poſſint, Et ad cœleſtes Nuptias, ac æternas delicias admitti mereantur. Bene ualeas in Domino, quem pro Nobis exoratum iri uehementer optamus. Datum Mediolani, In Conuentu noſtro S Angeli die Milleſimo quingenteſimo octuageſimo.

Pro Abbatiſsis Confirmandis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA, Prouinciæ Mediolanenſis Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſernantia Miniſter & ſeruus. Dilectæ Nobis in Chriſto R. Matri Dominæ N. N. Ordinis S. claræ de Obſeruantia, & in monaſterio S. N. N. profeſſę,ſalutem & in ſancta regulari obſeruantia perſeuerantiam.

Dilectionem tuam coram nobis per Moniales præfati Monaſterij uotum in electionibus habentes, omnibus ferè ſuffragijs, in Matrem, & Abbatiſſam ritè, canonicèque electam, tenore præſentium approbamus,& confirmamus, cum omnimoda auctoritate ac poteſtate, tùm in temporalibus,cum in ſpiritualibus ad hoc munus obeundũ neceſſaria & opportuna Pręcipientes in uirtute ſanctę obediẽtiæ omnibus,& ſingulis eiuſdẽ Monaſterij Sãctimonialibus,ut ſibi tanquã Matri,& Abbatiſſę legitimæ in omnibus obediant, queadmodũ ex Regula tenentur, & ſanctæ obedien-

obedientiæ votum poſtulat. Illud uerò in primis ijs noſtris eam admonemus, ut in ijs quæ Dei cultum ſpectant, ac Religionis honorem, uigilanter intendat, ac diligenter inuigilet. Nam ſuper ijs omnibus conſcientia eius quàmmaximè oneratur. Non enim ignorare debet, quoniam de omnibus, quæ eius culpa, uel negligentia Moniales admiſerint, omiſerintue, ipſa iuſtiſſimo Iudici Ieſu Chriſto rationē coram Deo exactiſſimè reddet. Quapropter eam obnixè rogamus, ac uehementer hortamur in Domino, ut quantùm fieri poterit, filiarum ſuarum ſaluti, & decori, accuratè conſulat, eaſdem ſedulò, & ſalutariter admonendo, ut ſanctæ uirginitatis propoſitum, & cætera, quæ Deo uouerunt, inuiolabiliter obſeruent, & præſertim ea, quæ per Sanctiſſimum Dominum noſtrum, ac ſanctæ memoriæ Pium Quintum, de clauſura cuſtodienda ſanctè quidem ac ſalubriter ſancita ſunt; quæ ipſa quoque diligenter, & inuiolabiliter obſeruet, ne cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaſque noſtri ordinis incurrat. Maiorum noſtrorum etiam ſtatuta, & Decreta, ut ab omnibus exactè ſeruentur, accuratè ſtudeat, ac ſtudioſè procuret, ut ſic faciliùs earum Sponſo, ac Domino Noſtro Ieſu Chriſto cum lampadibus non uacuis occurrentes, Ianuam Regni cœleſtis, ut prudentes uirgines ingredi ualeant, & ad cœnam nuptiarum Agni admitti mereantur. Quas quidem poſtremò ſibi, ut filias, eamque ipſis, ut Matrem, quantùm filialis, & Maternæ poſtulat uinculum dilectionis, mutua charitate, plurimùm in Domino commendamus. Bene ualeat in Domino, quem pro nobis aſſiduè exoratum iri uelit. Datum Mediolani in Conuentu noſtro S. Angeli, die 10. Nouēbris, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo.

Pro Concionatoribus Mittendis.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA, Prouinciæ Mediolanen. Ord. Min. S. Frāciſci de Obſ. Miniſter, & ſeruus. Dilecto nobis in Chriſto, N. N. ſalutem in eo qui dat uerbum euangelizantibus uirtute multa.

CReator omnium Deus, cuius natura bonitas, cuius uoluntas potentia, humanam, quam condiderat naturam, Diabolica fraude deceptam, turpiter deformatam, mortificatamque lethaliter, ineffabili ſapientiæ, ac miſericordiæ ſuæ conſilio, altiſsimo, ac mirando incarnationis diuinæ Sacramento, renouare mirabiliter, perpulchrè reformare, ac uiuificare potenter, cùm ab æterno paterna charitate miſericorditer diſpoſuiſſet, vnigenitum ſuum ſibi conſubſtantialem, & coæternum, ubi uenit plenitudo temporis, miſit in mundum, ut renouandis mortalibus uitam daret, ueritatem aperiret, & uiam oſtenderet ad uitam æternam beatè, fœliciterque poſſidendam. Qui de ſpiritu ſancto conceptus, & ex Maria Virgine natus, id totum quidem per ſeipſum primò præſtitit quàmdiuiniſsimè, ac deinde per Apoſtolos ſuos, ſpiritu ſancto afflatos, mirabiliſsimè. Id, & in dies per uiros pios, euangelica doctrina peritos; chriſtianæque fidei ſacramentis eruditos, & uirtutibus claros, miſericorditer præſtare dignatur. Quod munus, etſi proprium ſit Epiſcoporum, Nos tamen, qui Muneris noſtri ratione, Dei, & Epiſcoporum in ſalutem animarum coadiutores ſumus, Chriſtifidelium ſaluti, chriſtiana charitate intenti, quò fructuoſiùs Miniſterij

noſtri

noſtri munera præſtemus, per prouinciam curæ noſtræ creditam, uerbi Dei præcones obedientiæ noſtræ ſubiectos, quos ad id, de Patrum conſilio, iudicamus idoneos, congruis temporibus conſultò deſtinamus, ut altiſsima christianæ Religionis miſteria, ſacroſanctaque orthodoxæ fidei ſacramenta, christifideles accuratè, pièque docentes, illos à peccatis efficaciter coerceant, & christianis moribus, & uirtutibus imbuentes, ad ſectanda ſalubriter Chriſti ueſtigia, chriſtianæque pietatis opera, charitatiuè præſtanda, ſtudioſè cohortentur, ac omni pietatis, & religionis ſtudio uehementer inducant, ſuauiterque diſponant. Quibus ſtudijs, & laboribus, alijs quidem æternæ uitæ aditum parant, ſibique ęternæ beatitudinis præmiaglorioſè acquirunt. Te igitur, quem ad hæc munera ritè præſtāda idoneum agnoſcimus, ut talentum tibi à Domino traditum ſalubriter exerceas, N. cum merito ſalutaris obedientiæ, Tenore præſentium deſtinamus, ad euangelizandum ibi fidelibus populis per tempus N. uerbum Dei. Illud uerò te in primis admonemus, ut in concionibus tuis ea diligenter ſerues, quæ, & ſacri Concilij Tridentini, & ſanctiſsimorum Patrum Decretis, ac Maiorum noſtrorum conſtitutionibus ſeruanda tibi ſignificauimus. Dat. Die

Admonitiones ad ſanctimonialium Confeſſarios.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA, Prouinciæ Mediolanen. Ord. Min. S. Franciſci de Obſ. Miniſter & ſeruus. Dilectis Nobis in Chriſto, eiuſdem ord. ac Prou. Sacerdotibus, ſanctimonialium noſtrarum confeſſarijs ſalutem, & debitæ vigilantiæ ſtudium.

SPecularorem in populis oportet ſemper eſſe peruigilem, ne ſi dormierit, tacuerit, neglexeritue gladius bis acutus, & limatus de repētè ſuperueniat, & ipſum interrimat, & populum. Nam ſi uigilauerit, gladium ſuperuenientem uiderit, clamauerit, buccina inſonuerit, populumque monuerit, ut ſe cuſtodiat, populus autem audiens ſonitum buccinæ, ſe cuſtodierit, ſeipſum quidem, & populum ſaluabit. Quòd ſi populus ſonitum audierit, & ſe non ſeruauerit, ipſe planè in iniquitate ſua morietur, ſpeculator autē animam ſuam liberabit. Nos igitur, qui ſpeculatoris officio fungimur, pro muneris noſtri debito, perpetuò uigilantes, in id aſſiduè mentis noſtræ cogitationes dirigimus, ut animas uigilantiæ noſtræ creditas, à ſuperueniente gladio liberemus, earumque ſalutem, quantùm cum Deo poſſumus, omni ratione procuremus. Nam ſi tacuerimus, unà cum eis ſanè peribimus, & lapides ipſi contra nos clamabunt. Si uerò clamauerimus, & audiemur, animas quidem Nobis commiſſas, Noſque ipſos procul dubio liberabimus. Porrò ſi nos clamantes non audierint, uel audientes, ſe non obſeruauerint, ipſi certè peribunt. Nos autem, Deo adiutore, ſaluabimur. Cùm itaque ſtatum ſanctimonialium noſtrarum, iamdiù ab obſeruantia regulari ſatis alienum in uiſitatione cognouerimus, idcirco amplius tacere non poſſumus; ſed ad Vos, qui nobiſcum uigilare tenemini, clamare cogimur, & uigilantiam ueſtram commonere, ne incuria noſtra, uel negligentia, in deteriora ruat. Quamobrem quò faciliùs communis vitæ vſus, morum integritas, Regulariſque diſciplina inſtauretur, ac reformetur,

formetur,inſtaurataque,ac reformata, ad Dei laudem, & gloriam, ipſarumque ſororum decorem,ac animarum ſalutem fœliciùs conſeruetur & augeatur;hanc rationem,conſultò duximus ineundam, ut quæ magis animum noſtrum offendunt,in quæque faciliùs, ac frequentiùs ipſæ prolabuntur,hæc uobis grauiori cenſura emendanda, accuratiorique diligentia corrigenda,hic,ordine infra notata ſignificemus; quatenus quod ueſtra intereſt,agatis,clametis,moneatis, & conemini, ut ab huiuſmodi exceſſibus,& abuſibus perpetrandis ſalubriter reuocentur. Vos igitur, qui Nobiſcum in ſpecula poſiti eſtis, ijs noſtris admonemus, ac uehementer hortamur in Domino,ut omni pietatis, ac religionis ſtudio, totis animi uiribus,intimiſque cordis ueſtri deſiderijs,pro animarum uigilantiæ ueſtræ creditarum ſalute,accuratè,indefeſſèque procuranda, uigiletis aſſiduè, ſtudioſèque laboretis. Speculatoris munera diligenter præſtate. Scio enim uos non ignorare Cariſſimi, quoniam de eis iuſtiſſimo Iudici Chriſto Ieſu coram Deo rationem exactiſſimè reddituri eſtis. Memores igitur eſtote comminationis Domini per Ezechielem prophetam dicentis.Si ſpeculator tacuerit,populus quidem in iniquitate ſua morietur,ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Ob id laboribus ne parcatis.Suſtinete libenter incommoda. Pericula uos ne terreant. Calumnias,& maledicta ne timeatis.Hæc enim pro Dei gloria, proque animarum ſalute,non fugienda modò,ſed & alacriter ſubeunda,quin & illis fortiter occurrendum.Nolite facere animas ueſtras uobis ipſis pretioſiores. Veſter enim labor digna mercede compenſabitur. Sic eas, uoſque metipſos liberabitis à peccato.Sic Dominus de cunctis periculis nos potenter eripiet. Sic calumnias fœlici commutatione in gloriam cõuertet. Sic maledicta benedictionibus glorioſè cumulabit. Hæc hæreant firmiter cordibus ueſtris, hæc intelligantur plena fide, hæc toto cordis affectu diligantur. Quæ igitur in ijs erratis deliquerit, eam charitatiuè admonete,in ſpiritu lenitatis inſtruite, prudenter docete,efficaciter hortemini,ſeuerè corripite,potenter inducite,urgete uehementer, ut ad pœnitentiam redeat,uitam in dolore agat,ac miſerabilem ſui ſtatus conditionem amarè defleat,donec per Nos,uel iuſſu noſtro impoſitam eidem pœnitentiam ſalutarem,libenter ſuſcipiat, & ad Deum ueraciter conuertatur.Sic omnia in melius profutura ſperamus.Faxit Deus. Dat.Mediolani, in conuentu noſtro S.Angeli,die 9.menſis Nouembris 1580.

1 Quæ communis uitæ rationem in labore,uictu, & veſtitu non ſeruarit.

2 Denarios extra communem eleemoſinarum capſam,quauis ratione tenuerit.

3 Quicquam Monaſterij,niſi facultate Matris Abbatiſſæ impetrata, cuiquam dono dederit.

4 Munera,niſi de conſenſu Matris Abbatiſſæ,miſerit, uel acceperit.

5 Sęcularium ueſtes quauis ratione induerit.

6 In collocutionum loco,ſęcularibus etiam propinquis comedere,uel bibere dederit.

7 Diebus feſtis cum externis,niſi urgente neceſſitate, tumque uenia Matris Abbatiſſæ petita,colloquia habuerit.

8 Diuinis

8 Diuinis officijs,& orationibus, niſi legitimè præpedita, non interfuerit,uel facultate non impetrata,diſceſſerit.
9 Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento genua non flecterit.
10 Religionis,vel ſororis honori,quauis ratione detraxerit.
11 Quamcunque,niſi præuia ſatisfactione debita,verbis iniurioſis affecerit.
12 Libellum famoſum fecerit,proiecerit,legerit,vel publicarit.
13 Litteras cuiquam;præterquam ſuperioribus,ſcripſerit,uel ab alijs acceperit,niſi prius Matri Abbatiſſæ eas oſtenderit.
14 Simul cum aliqua,niſi neceſſariam ob cauſam Matri Abbatiſſæ probandam,accubauerit.
15 Furti crimen admiſerit.
16 Benedictioni menſæ,& gratiarum actioni, ſine legitimo impedimento, Matri Abbatiſſæ probando, abſuerit.
17 Debitis temporibus,& locis,ſilentium non ſeruarit.
18 Quicquam extra Monaſterium accommodatum dederit,uel intra depoſitatum acceperit.
19 Mater Abbatiſſa,ſi cuiquam Monialium ſuarum, & præſertim ægra valetudine laborantium,pro poſſe,debitè prouidere neglexerit.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA,

Prouinciæ Mediolanè Ord.Min.S.Frãciſci Reg.Obſ.Miniſter,& ſeruus. Omnibus Chriſtifidelibus, Sanctarum Indulgentiarum debitam uenerationem,fructum uberrimum,ac ſalutarem.

VT Sanctarum Indulgentiarum pretioſo, incomparabilique theſauro, is,qui par eſt,debitus honor,ab omnibus debitè præſtetur, debitaque ueneratio adhibeatur,ac inde Chriſtifideles earum uberrimum, ac ſalutarem fructum,conſequantur; Nos ijſce Chriſtianæ Religionis,ac pietatis rationibus illecti, Indulgentiarum, quæ Franciſcanæ Religionis ampliſſimæ,profeſſoribus,propinquis,Benefactoribus,ſtudioſis, per Sanctiſſimos Romanos Pontifices conceſſæ ſunt, Tabellam hanc, ex Decreto Congregationis noſtræ Mediolanen. iuſſu noſtro confectam, in lucem emitti curauimus. Ex Conuentu noſtro S.Mariæ Angelorum Mediolani Die 8.Iulij 1581.

SOMMARIO

Di molte Indulgenze conceſſe à Frati Min. di S Franceſco da diuerſi Sommi Pontefici,cauato dal compendio de Priuileggi d'eſſi Frati.

Delle Indulgenze Plenarie.

✠ Martino v. Eugenio iiij. Nicolò v. Caliſto iii. Pio ii. & Siſto iiij.conceſſero Indulgenza Plenaria, à tutti li frati Minori oſſeruanti nell'hora della morte.

✠ Il medeſimo Siſto conceſſe Indulgenza Plenaria à qualunq; ſi ueſte dell'habito di ciaſcuno delli tre ordini di San Franceſco, & anco

nell'hora della morte.

✠ Innocentio viij.conceſſe Indulgenza plenaria alli frati Minori Sacerdoti, celebrando nelli giorni Domenicali, nelle ſolennità del Signore, della Madonna,& de Santi di detto ordine. Et alli laici, communicandoſi in dette ſolennità. La medeſima indulgenza conceſſe alle Monache di S. Chiara, quali prenderanno la Santa communione, nelli ſudetti giorni.

✠ Giulio ii.conceſſe à frati minori oſſeruanti, & alle Monache di Santa Chiara, Indulgenza plenaria, ogni uolta, che diranno la corona della Madonna, laqual contiene 72. Aue maria,& 8. Pater noſter, aggiungendoui però un'Aue maria, per eſſo Pontefice.

✠ L'iſteſſo alli medeſimi conceſſe Indulgenza Plenaria, quando che reciteranno la corona del N.S.Gieſu Chriſto, laqual contiene 33. Pater noſter,& 33. Aue maria, in memoria degli anni della uita ſua.

✠ Leone x.conceſſe Indulgenza plenaria alli frati minori, ogni uolta, che diceſſero l'officio de morti, ouero i Sette ſalmi penitentiali, ouero i Cantici detti Graduali, per l'anime, che ſono nel Purgatorio.

✠ Il medeſimo conceſſe Indulgenza plenaria, quando eſſi frati minori dicono, ouero odono la Meſſa della Concettione della B. Vergine,& hanno intentione di pregare per ſua Santità,& per la Chieſa vniuerſale. L'iſteſſa Indulgenza guadagnano le Monache di Santa Chiara, aſcoltando la meſſa,& pregando come di ſopra.

✠ Il ſopradetto Leone conceſſe à tutti li frati infermi,& uecchi in decrepita età, tutte le Indulgenze, ch'hanno quelli che dicono la Corona del N.S.Gieſu Chriſto, e della ſua Madre, dicendo un ſalmo, ouero un'Hinno del Signore, ouero della Vergine.

✠ Leone x.conceſſe ancora alle Monache dell'ordine di S. Chiara Indulgenza plenaria tutte le uolte, che faranno la Santa communione.

✠ L'iſteſſo Leone conceſſe, che ciaſcuno frate minore oſſeruante, dicendo, i ſalmi penitentiali, ouero cinque Pater noſter, e cinque Aue maria, innanzi al S.Sacramento, nel ſabbatho delle Palme,& nel giorno di Santo Giouanni Euangeliſta,& nella feſta del medeſimo detta Ante portam latinam, poſſa liberare un'anima dalle pene del Purgatorio, uuole però il Pontefice, che quel giorno, che li frati godono tal gratia, ſiano obligati recitare una corona della Madonna, per ſua Santità.

✠ Il medeſimo conceſſe alli frati, che nelle ſolennità del Signore, della Madonna, de Santi Pietro & Paulo, del B. P. San Franceſco,& de tutti i ſanti, & anco per tutta la ſettimana Santa, con licenza de loro Prelati, poſſono farſi aſſoluere Plenariamente.

✠ Il ſopradetto Pontefice conceſſe, à frati minori, che oltra l'altre Indulgenze, ch'hanno dalla Santa ſede Apoſtolica, poſſino farſi aſſoluere Plenariamente,& hauere Indulgenza Plenaria una uolta l'anno, nella feſta di Santa Catterina Virgine, e martire. Si deue però auuertire, che nelle aſſolutioni, ſempre s'eccettuano, i caſi riſeruati alli miniſtri.

✠ Siſto iiii.conceſſe che ciaſcuno frate dell'ordine de Predicatori, e minori, una uolta in uita, e l'altra alla morte, poſſa eſſere aſſoluto Plenariamente, anco che ſi moriſſe auanti la Profeſſione.

✠ Leone x. conceſſe alli frati minori oſſeruanti & alle Monache di Santa

Chiara,& del terzo ordine,che dicen lo di giorno,o di notte, & in qual ſi uoglia luogo,cinque Pater noſter, & cinque Aue maria, & uno Pater con l'Aue maria per ſua Santità, con il Gloria Patri, &c. nel fine di ciaſcuno,habbiano tutte le ſtationi, & indulgenze tanto di Roma, quanto della Portioncola,di Gieruſalemme,& di San Giacomo di Galitia.

Il ſodetto Pontefice conceſſe alle monache dell'ordine di Santa Chiara, le medeſime gratie,& indulgenze,che hanno li frati minori, & alli frati le iſteſſe che hanno le monache.

Il medeſimo Pontefice ha conceſſo alle monache di Santa Chiara ſotto la cura de frati minori oſſeruanti,che in tutte le ſolennità del Signore,del la Vergine,de tutti i Santi, del Padre San Franceſco, e di Santa Chiara poſſino farſi aſſoluere Plenariamente dalli loro deputati confeſſori impoſta loro la penitentia ſalutare.

Delle Indulgenze non Plenarie quanto alli Frati.

ALeſſandro iiii. conceſſe un'anno d'Indulgenza,& quaranta giorni, à frati che uanno per obedienza al Capitolo Generale, & cento giorni,à quelli che uanno al Prouinciale.

Leone x.conceſſe, che li frati infermi, non potendo, ſe non con dano della ſanità giudicato da medici,recitare l'officio diuino,ſodisfino all'obligo loro,dicēdo qualche Hinno,ſalmi,o Pr̄ noſter,& Aue Maria, in luogo delle Hore canoniche,ſecondo il parere de ſuoi Prelati locali.

Il ſudetto Pontefice conceſſe à tutti i ſecolari, & frati, la remiſſione della terza parte de loro peccati,ogni uolta che diranno quindeci Pater,& altre tāte Aue maria,per quelli che ſono in peccato mortale,eſſendo opra di grandiſſima carità.

Il medeſimo conceſſe à frati minori oſſeruanti,alle Monache di S. Chiara, & del terzo ordine,che dicendo ogni giorno 15. Pater,& 15. Aue maria, in commemoratione di tutte le piaghe del N. S. Gieſù Chriſto, guadagnino quindeci mill'anni d'Indulgenza.

L'iſteſſo rimette la metà de peccati commeſſi in quel giorno, à quel frate minore,che dirà l'officio Diuino,leggendo nel libro.

Il ſopradetto Papa concede alli frati di tre ordini di Santo Franceſco, che guadagnino una uolta il giorno 3000.anni d'Indulgenza, dicendo uno Pater noſter,& tre uolte il nome di Gieſù.

Concede ancora che le indulgenze date da ſua Santità, & ſuoi anteceſſori, come della corona del Signore, & della Madonna, & altre ſimili per li uiui, le poſſino i frati cōmunicare anco alli defonti,per modū ſuffragij.

Siſto III.conceſſe,che tutte le indulgenze plenarie,e non plenarie,che ſo no in Roma in tutte le Chieſe & in ogni tempo,& giorno,ſiano nell'iſteſ ſo tempo,e giorno nelle chieſe de frati minori per loro ſolamente,& per quelli del terzo ordine. Conceſſe anco à loro l'indulgenza della Portioncola,dicendo cinque Pater noſter,& cinque Aue maria,nelle proprie chieſe. Le medeſime indulgenze hanno le Monache di S. chiara nelle lo ro chieſe interiori,& le loro ſerue nelle eſteriori,aggiongendo per ogni Pater noſter,& Aue maria,uno Gloria patri,&c.

Il ſo-

Il ſopradetto,& ſuoi ſucceſſori conceſſero alli ſopradetti,le indulgenze indiſtintamente de tutti i titoli, & chieſe che ſono in Roma ogni giorno, dicendo cinque Pater noſter,& cinque Aue Maria.

Innocentio VIII. conceſſe alli Frati Minori,Predicatori, & altri che per obedienza ſi ritrouano fuori de loro conuenti, & luoghi, l'indulgenze, & ſtationi ch'haurebbono nelle loro chieſe, dicendo cinque Pater noſter, & cinque Aue maria, in qualunque chieſa, con intentione però di quella indulgenza ch'hanno li predetti frati ne' proprij luoghi. Il medemo concedono agl'infermi nelle loro infermarie, & celle, & ancora ne' letti,quando in altro modo commodamente non poſſono dire li ſudetti Pater noſter,& Aue maria.

E da ſapere che in Roma ogni giorno almeno in tre luoghi, oue non u'entrano donne, è la remiſſion plenaria de tutti i peccati; & in otto luoghi per il meno, è la remiſſione della quarta parte, & in un'altro della Settima, & in diuerſe chieſe, & luoghi di quella città, ſono quattro cento mill'anni,& mille,e quattrocento quarantene d'indulgenza. Hora per conceſſione di Siſto IIII. & ſuoi ſucceſſori,poſſono i frati minori, le monache di S.Chiara, & quelli del terzo ordine hauerle tutte, dicendo nelle chieſe loro cinque Pater noſter,& cinque Aue maria,come s'è detto di ſopra.

Aleſſandro VI.Giulio II.& Siſto IIII. concedono à frati minori, tutte le Gratie,Indulgenze,e Priuileggi conceſſi generalmente, e particolarmente à tutti gli altri ordini Mendicanti.

Delle indulgenze conceſſe à ſecolari che uiſitano le chieſe de Frati Minori.

SISTO IIII.conceſſe à tutti li fedeli dell'uno, e l'altro ſeſſo,che ueramente pentiti, & confeſſati, uiſiteranno le Chieſe de frati minori nelle feſte di N. S. Della B.Vergine Maria,de Beati Giouan Battiſta,& Apoſtoli,del B.P.San Franceſco, & de tutti i ſanti,del detto ordine,1340 anni,d'Indulgenza,& 446.quarantene in ciaſcuna d'eſſe feſte.

Molti ſommi Pontefici conceſſero molte indulgenze, la ſomma delle quali è anni 3857. à tutti quelli, che uengono per cauſa di deuotione alle Chieſe de Frati minori,dalla quarta feria delle ceneri, fino alla Paſqua, incluſiuè.

Molti Sommi Pontefici ancora conceſſero anni quaranta,& giorni trecento d'indulgenza,à quelli che uiſitano le chieſe de Frati minori, in qual giorno ſi uoglia.

Di più molti Pontefici hanno conceſſo 18.anni,e 322.giorni d'indulgenza à quelli,che aſcoltano le prediche nelle Chieſe de Frati minori.

E quando i Frati minori predicano in altri luoghi, poſſono concedere 18. anni,& giorni 222.d'indulgenza.

Quando poi predicano nelle proprie Chieſe, nel tempo della Quadrageſima, oltra le predette poſſono concedere anco,il lunedì,mercordì,& Venerdì 132.anni,& 202.giorni d'Indulgenza.

Del-

Delle Indulgenze conceſſe à diuerſe perſone diuote, & amiche della Religione.

ALESSANDRO IIII. hà conceſſo 40. anni d'Indulgenza à tutti quelli, che alloggiano nelle loro caſe li Frati minori uiandanti, gl'amminiſtrano i cibi, ouero pagano per loro i paſſaggi de Porti, e fiumi, o in qualunque modo fanno loro qualch'opra di carità.

Martino IIII. hà conceſſo cento anni d'Indulgenza ogn'anno, alli Procuratori, & Auuocati, che s'affaticano nelle corti, o ſiano eccleſiaſtiche, o ſecolari per diffenſione dell'ordine de Frati minori.

✠ Innocentio VIII. hà conceſſo le medeſime indulgenze, ch'hanno i Frati, & tutte le ſtationi, alli Sindici, Procuratori, e ſoſtituti de Frati minori, alle moglie loro, figlioli, parenti, fratelli, & ſorelle, dicendo nelle chieſe de predetti frati, cinque Pater noſter, e cinque Aue Maria per il felice ſtato della ſanta Chieſa Romana.

✠ Aleſſandro vj. hà conceſſo la ſopradetta Indulgenza alli Medici ordinarij de frati minori, & delle Monache di Santa Chiara.

✠ Clemente iiij. Nicolò iij. & Vrbano v. hanno conceſſo ogn'uno di loro ſeparatamēte la remiſſione della terza parte de peccati, che in ſomma uuol dire la remiſſione de tutti i peccati, à quelli, che eleggono di morire, & eſſere ſepolti con l'habito de frati minori dattogli dal Prelato.

✠ Leone x. confirmò la conceſſione ſodetta, & aggiunſe l'Indulgenza Plenaria, à quelli che muoiono, & ſi ſepeliſcono col detto habito, dattogli dal Prelato, e ſe bene nō ſi ueſtono d'eſſo habito auāti la morte, dichiara il Papa che baſta à dimandarlo, e tenerlo ſopra di ſe fino alla morte, & doppo morte eſſer ueſtito, & in quello ſepolto. L'iſteſſa Indulgenza nell'iſteſſo modo è conceſſa alle Donne, che muoiono con l'habito di Santa Chiara.

Giouanni xxiij. hà conceſſo à tutti li fedeli di Chriſto, che baſciano gli habiti di frati minori, & Predicatori 2075. giorni d'Indulgenza.

✠ Caliſto iiij. hà conceſſo Indulgenza Plenaria per i Padri, & Madri de frati minori, ancora che fuſſero nel Purgatorio.

✠ Vrbano v. hà conceſſo, al Generale & Prouinciali di tutto l'ordine de frati minori, che poſſano communicare gli ſuffragij, Indulgenze, orationi, & beni ſpirituali della Religione alli Benefattori.

Siſto iiij. commanda à tutti li fedeli, ch'habbiano à celebrare il giorno del B. Padre S. Franceſco per feſta doppia, ceſſando da tutte l'opre ſeruili, e per eccitare maggiormente la deuotione de popoli, relaſſa in quel giorno cinquant'anni, & altre tante quarantene delle penitentie impoſte, à chi celebrarà deuotamente la detta feſta, come appare per il ſuo Breue datto in Roma appreſſo à S. Pietro, l'anno del Signore 1472. à 3. d'Ottobre, il 2. anno del ſuo Pontificato.

Tutte le ſopradette Indulgenze, gratie, e fauori, ſono ſtati confirmati da Clemēte ſettimo, Paolo iij. Giulio iij. Paolo iiii. Pio iiii. Pio v. di Santa memoria, & finalmente dal Santiſſimo S.N. Gregorio XIII.

P. Galeſinius, Protonot. Apoſtolicus pro Illuſtriß. Archiep.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA,
In Prouincia Marchiæ Anconitanæ,Ord.Min.S Franciſci,Reg.Obſ. Commiſſarius, & ſeruus.

Dilecto Nobis in Chriſto, R. P. Fratri Seraphino de Montebarochio, eiuſdem Ordinis & Prouinciæ Miniſtro electo, ſalutem, ac ſanctæ Reg.Obſ. ſollicitudinem.

CVm,Dei gratia, qui inhabitare facit unanimes in domo, Tu in hac domo,& Conuentu noſtro S.Franciſci ad altum, Anconæ, Capitulo per Nos canonicè congregato,communi uoto, unanimique Patrum conſenſu,coram Nobis,huius almæ Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ, iuxta canonicas,& Apoſtolicas ſanctiones,Miniſter ritè, canonicèque electus fueris,Nos, te doctrina præditum, honeſtate uitæ, ac morum grauitate commendatum,Reg.diſciplinæ ſtudioſum,ac S.Reg.Obſ.Zelo mirè affectum agnoſcentes,electionem huiuſmodi,ritè, canonicèque celebratam, Tenore præſentium approbamus,& confirmamus.Concedentes tibi plenariam,ac liberam facultatem,poteſtatem,& iuriſdictionem ad hoc Miniſterij onus,& munus ritè,ac rectè obeundum neceſſariam, & opportunam. Præcipientes in uirtute S.Obedientiæ omnibus,& ſingulis fratribus,& ſororibus noſtris,eiuſdem Ordinis,ac Prouinciæ profeſſoribus,ut tibi in omnibus obediant, quemadmodum & Regula, & profeſſione tenentur;quatenus ex eorum obedientia,onus tibi impoſitum,leue non immeritò uideatur. Cæterùm pro muneris noſtri ratione id te in primis admonendum cenſuimus,ut tecum mente altè recogites, quoniam ſpeculator,Agricola,Paſtor,nunc factus es Gregis Dominici, uineæ Domini Sabaoth,Domus Iſrael. Speculare igitur,labora,paſce. Paſce ſuauiter,aſſiduè labora,ſpeculare diligenter. Speculatorem enim oportet, ſemper uigilet,Agricolam indefeſsè laboret,Paſtorem opportunè paſcat. Paſcat uerbo,paſcat exemplo. Caue ne Grex tibi commiſſus fame pereat,populus interrimatur gladio,vinea faciat labruſcas.Memorare quid de ſpecu-
Ezech. latoribus,& Paſtoribus per Ezechielem prophetam loquutus ſit Domi-
33.& 34. nus,quid eiſdem comminatus fuerit.Memento,& attentiùs cogita, quo-
ibidem. niam ſanguinem populi gladio pereuntis, & animæ fame morientis, de
Ambroſius. manu tua requiret Dominus,ſi tua id culpa fiet.Propterea eſto uigilans,
2.Tim.4. & confortare.Inſta opportunè,importunè,arguè,obſecra,increpa,in om
ni patientia,& doctrina. Nunc enim eſt tempus,de quo prædixit Apoſto-
ibidem. lus,cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.Verè quidem, & ſanè id flen-
Philip.3. tes dicimus, nunc pauciſſimi ſunt fratres, qui ſanam ſanctiſſimi P. N.
Franciſci doctrinam, ſanctæ Regulæ puritatem ſuſtineant; multi uerò,
Iudæ.1. prohdolor, qui ſecundum deſideria carnis ambulantes, facientes uo-
Epheſ.2. luntatem carnis,carnis illecebras ſequuntur. Tu uerò uigila,in omnibus
2.Tim.4. labora, opus fac Euangeliſtæ, Miniſterium tuum imple, ſobrius eſto.
1.Tim.3. Oportet enim te irreprehenſibilem eſſe,ſanctæ unitatis uirum,ſobrium,

ornatum,

ornatum, prudentem, pudicum, hoſpitalem, doctorem, non uinolentum,
nō percuſſorē, ſed modeſtum, non litigioſum, non turpis lucri cupidum, Tit. 1.
non ſuperbum, ſed benignum, iuſtum, ſanctum, continentem, amplecten-
tem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſis
omnes adhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt arguere. Sunt
enim multi inobedientes, uaniloqui, ſeductores, qui multos ſubuertunt,
multorum quietem perturbant, multos à uia ueritatis auertunt, & à re-
ctitudinis tramite deducunt, qui puſillis ſcandalo ſunt, & Angelis, & ho
minibus; propter quos blaſphematur nomen Domini, ac Beatiſſimi P. N. Rom. 2.
Franciſci. Hos diligenter uideas, quomodo cautè circumuenias, effica- Hier. 1.
citer coerceas, potenter elimines. Ne timeas eos, neque formides à fa- Ezech. 3.
cie eorum, quoniam Dominus tecum erit tanquam bellator fortis, & da- Hier. 20.
bit tibi faciem ualentiorem, faciebus eorum, & frontem tuam duriorem Ezech. 3.
frontibus eorum. Prouinciam tibi creditam ſæpè uiſites, conſtantes con
firma, Deum timentes conſolare, uacillantes robora, errantes deducas, re
ctè ambulantes conducas, delinquentes corrigas, infirma conſolides, Hilarius.
perdita quæras; omnes uerò charitatiuè moneas, ac ſuauiter horteris, ut
Deum timeant, mandata eius exquirant, Beatiſſimi P. N Franciſci præce-
pta accuratè ſeruent, Maiorum noſtrorum conſtitutiones ne ulla ratio-
ne negligant, obedientiam præſtent, puritatem cuſtodiant, paupertatem
ſeruent, Diuinis officijs, orationibus, & ieiunijs inſtantes, laudabili, ac
ſanctæ uitæ conuerſatione populos ædificent, ut ex bonis operibus eos 1. Pet. 2.
conſiderantes, glorificent Deum, & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Id enim tui muneris eſt, eæ Miniſterij tui ſunt partes. Idcirco Miniſte- 2. Tim. 4.
rium tuum imple, ut euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifi- Hier. 1.
ces, & plantes. Euellas utique uitia, & peccata: Mores deprauatos de-
ſtruas: perfidos diſperdas; & omnem iniquorum machinam funditùs diſ-
ſipes. Et ædifices, bonos mores, & Regularem uitæ diſciplinam inſtau-
rando; & plantes, uirtutes omnes, Religionem & Chriſti regnum fęlici-
ter propagando. Tu denique omnibus, omnium bonorum operum exem Tit. 2.
plo ſis, in doctrina ſana, in integritate uitæ, in morum grauitate, ut in om
nibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qua- 1. Pet. 4.
tenus ijs meritis, & uirtutibus Religioni honorem, fratribus ſalutem, tibi
coronam acquiras. Faxit Deus. Beneualeas in Domino, quem pro No-
bis perpetuò exoratum iri facias. Datum Anconæ in Conuentu noſtro
S. Franciſci. Die 7. Maij 1577.

FRATER CLAVDIVS MEDVLLA,

Prouinciæ Mediolanen Ord. Min. Sancti Franciſci Reg. Obſ.
Miniſter, & ſeruus.

Dilecto Nobis in Chriſto, Magn. Excellenti, ac multùm R. D. D. Octauio
Bertolaſio, I. V. Doctori, ſanctæ Mediolanen. Eccleſiæ Ordinario,
ſalutem, & protectionis noſtræ Zelum,
ac bonam uoluntatem.

QVi ſacræ, ac Seraphicę Religionis noſtræ Iura, Exemptiones, Gratias, Indulta, Conceſſiones, ac Priuilegia quæcunq;, à S. ſede Apoſtolica, ſeu ab eiuſdem S. ſedis Apoſtolicæ Sãctiſſimis, Maximisq; Romanis Pontificibus, pio, ac paterno affectu, eidem ſacræ Religioni, & eiuſdem profeſſoribus hactenus conceſſa, ſæpeque, ac ſæpiùs renouata, & confirmata, debitè tuerentur, defenderent, & conſeruarent; eiuſdem ſacræ Religionis; & profeſſorum quieti, & indemnitati, paternè, ac prouidè proſpicientes; ut quò dicti profeſſores, quietiùs Domino deſeruirent, eò uberiores fructus in Eccleſia Dei abundantiùs in dies afferrent; Conſeruatores Apoſtolicos, Iudices benignè conceſſerunt. Hos uerò eſſe uoluerunt, & declararũt, quicunq; in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, per ſuperiores ordinis, uel per eiuſdem profeſſores, ſeu per illorum, uel ad commodum eorum, S. R. E. Procuratores, ſiue ſindicos, pro parte ipſorum requiſiti fuiſſent. Quibus etiam ſic requiſitis, in uirtute S. Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna præcipientes, in ſolidum mandauerunt; ut quotiescũq; à præfati Ordinis noſtri ſuperioribus, ſeu profeſſoribus, uel procuratoribus huiuſmodi, requiſiti fuiſſent, conſeruatorij muneris partes ſuſciperent, & efficacis defenſionis præſidio aſſiſterent; eosque, & eorum iura, immunitates, conceſſiones, & priuilegia, ut ſupra, tuerentur, defenderent, & conſeruarent. Quos ideò ampliſſima, libera, & abſoluta facultate, ac poteſtate donarunt, ita, ut ſummariè etiam, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, iurisque ordine minimè ſeruato, ſola facti ueritate inſpecta, omnes, & quaſcumque cauſas, lites, contentiones, & controuerſias, ad ordinem noſtrum, uel eiuſdem ordinis profeſſores ſpectantes, pertinentes, ſeu quomodocunque ipſum ordinem, uel profeſſores eiuſdem, concernentes, contra omnes, & ſingulos quoſcumque Iudices Ordinarios, tùm ſæculares, cùm Eccleſiaſticos cognoſcere, decidere, diffinire, ac diffinitiua ſententia terminare poſſent: Appellatione quacumque remota: Contradictores quoſcumque; per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris, & facti remedia compeſcendo: Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Nos igitur, qui Diuina, & Superiorum diſpoſitione, in hac Prouincia Mediolanen. Miniſterij onera ſuſtinemus, & officio fungimur; huius ampliſſimi priuilegij Apoſtolici minimè priuari, ſed gaudere uolentes; D. T. cuius integritati, & ſinceritati, ſanòque ac prudenti iudicio plurimùm confidimus; quam etiam Nobis, & ſacræ

Religionis